DOCTORIS ECSTATICI
DIONYSII CARTUSIANI
OPERA OMNIA

IMPRIMI POTEST

in festo B. Ayraldi, Conf., anno 1935.

Fr. Jacobus-Maria, Prior Cartusiæ.

NIHIL OBSTAT

Lucas Willems, O. S. B., Censor deputatus.

IMPRIMATUR ; Can. S. Banfi, Vic. Gen.

Southwarci, die 22ª Februarii 1935.





DOCTORIS ECSTATICI

D. DIONYSII

CARTUSIANI

OPERA OMNIA

IN UNUM CORPUS DIGESTA

AD FIDEM EDITIONUM COLONIENSIUM

CURA ET LABORE

MONACHORUM SACRI ORDINIS CARTUSIENSIS

FAVENTE PONT. MAX. LEONE XIII

COMMENTARIORUM IN IV LIBROS SENTENTIARUM

INDEX GENERALIS

PARKMINSTER

TYPIS CARTUSIÆ S. HUGONIS

MDCCCCXXXV





COMMENTARIORUM

IN IV LIBROS SENTENTIARUM

INDEX GENERALIS

INDEX RERUM PRÆCIPUARUM

QUÆ IN COMMENTARIIS SENTENTIARUM CONTINENTUR

NOTA. — Quia contingere potest Opus istud in Sententias seorsim a reliquis Dionysianis tractatibus a quibusdam haberi, in gratiam hujusmodi admonere juvat, qui in præsenti indice XIX[us] Operum omnium intitulatur tomus, hunc alio ordine I[um] Commentariorum inscribendum esse, et ita deinceps, ut subnexum docet syntagma :

Tom XIX	= I	Commentariorum.
Tom. XX	= II	»
Tom. XXI	= III	»
Tom. XXII	= IV	»
Tom. XXIII	= V	»
Tom. XXIV	= VI	»
Tom. XXV	= VII	»

A

nitentiæ, XXIV 490 B; an peccatori culpam remittat, 504 C', 505 D', aut pœnam inferni, 504 A, vel purgatorii, 504 B, D, 505 A', vel saltem pœnam temporalem, 504 B, D. — Etiam in gratia confitenti multum prodest, XXIV 476 B, 497 B', D'; gratiam enim auget, et pœnam temporalem peccatis debitam partim aufert, 506 D', imo et pœnam purgatorii, 507 A, proportionaliter, 508B, pro dispositione pœnitentis, 507 D; eamque ex toto abolere potest, 507 A'; nec tunc impunitum remanet peccatum, quia ipse contritionis dolor fuit pœna peccati, 508 C. Iterata ergo absolutio peccata jam remissa non remittit denuo, 507 D, 532 D, sed gratiam auget, et pœnam eis debitam minuit, 507 D, 532 A', ita ut ex frequenti eorumdem confessione, totam pœnam tolli contingat, 479 A, 482 C', 507 B, A'. — An forma, Ego te absolvo, sit sufficiens absolutionis forma, XXIV 587 D', sine alio addito, 588 A. — Pro absolutione non licet pecuniam exigere, sed pœnitenti potest pecuniaria pœna imponi, XXV 47 B.

Nullus de jure ordinario peccatorem absolvere potest, nisi proprius parochus, XXIV 480 B', vel quibus ipse licentiam dederit, 484 B, 486 B'; sed per delegationem absolvere possunt pœnitentiarii Papæ vel episcoporum, 479 C, B', 483 C, B', et in articulo mortis quilibet sacerdos, 481 D', 486 C'; imo quinque modis habetur absolvendi potestas, 490 C'. — Item nemo se ipsum absolvere potest, imo nec æqualem nec superiorem, de mortali, sine commissione, XXIV 515 A, de venialibus autem potest, quia venialium remissio Ordinis potestatem consequitur, juxta Thomam, *ibid.* — Quilibet igitur sacerdos non quemlibet absolvere valet, sed tantum subditos, XXIV 525 A', nec etiam subditos ab omni peccato, quia quinque sunt quæ ad superiorem reservantur, 526 B; superiorem autem ipsum absolvere potest, sive quia ad actum confessionis superior ei concedit potestatem in semetipsum, 526 A', sive quia prælatus, in quantum peccator, inferior est confessario, 515 A, 526 B', C', sive quia absolutio est potestatis clavium principaliter, et jurisdictionis ex consequenti, 526 D'. — An confessarius ordinarius pœnitentem absolvere possit a casibus pertinentibus ad se, et de aliis remittere ad superiorem, XXIV 587 A, aut de pertinentibus ad superiorem, sub conditione ratihabitionis, 587 D, aut de pertinentibus ad se, ad tempus, quousque reservata superiori confiteatur, 587 A'; similiter, an prælatus absolvere possit a reservatis, remittendo de aliis ad confessarium ordinarium, 587 B. An qui privilegium habent absolvendi a peccatis simpliciter, possint a peccatis episcopo reservatis absolvere, 586 A. — *Cf.* Clavis, Confessarius, Peccatum.

ABSOLUTUM. In divinis absoluta substantivis exprimuntur, relativa adjectivis, XIX 421 D, 422 D, a relativis tamen non essentialiter differunt, XX 221 B. — Per absoluta nequeunt divinæ personæ distingui, XX 204 B', 213 D, A', quidquid contra dicant Scotus, 213 D', et Guillelmus Parisiensis, 214 B, qui a Cartusiano confutantur, 214 D'; absoluta enim tribus personis communia sunt, 215 B, 218 A', nec multiplicantur, 215 C, nec realiter distinguuntur ab invicem, 215 D. De unaquaque ergo persona et de pluribus dicuntur singulariter, præter personam, quæ de tribus pluraliter prædicatur, 157 B'. — *Cf.* Relatio.

ABSTINENTIA a cibis non est meritoria, nisi in quantum ad salubrem finem refertur, XXIV 419 A, nec nisi moderate exercenda est, quia immoderata mortem accelerat, 419 C. *Cf.* Jejunium.

ABSTRACTIO alia est a subjecto, alia ab actu, XIX 313 C', alia secundum rem, alia secundum intellectum, XX 223 A', alia qua abstrahitur universale a particulari, alia qua abstrahitur forma a materia, 221 B', alia qua intelligitur aliquid sine alio esse, alia qua intelligi-

finem, XXI 104 D'; sed sunt agentia imperfecta quæ in agendo aliquid acquirere intendunt, *ibid.*, et hæc agunt propter desiderium finis, 104 B', et est agens perfectum quod nihil acquirere potest, et hoc agit propter amorem finis, 104 B', 105 A; similiter duplex est finis agentis, alter proportionatus, alter improportionatus effectui, 107 A. — Omne agens producit simile sibi, propter quod effectus vocatur quædam participata causæ similitudo, XXI 105 A'; sed aliud est agens æquivocum, effectui non proportionatum, ut sol, quod non imprimit formam suam, sed quamdam similitudinem tantum, 106 D', aliud univocum, effectui proportionatum, ut pater, quod imprimit formam suam, 107 A, et ideo effectui dat speciem, XXIII 531 A'. Item quandoque causa est effectus quoad fieri tantum, ut in artificialibus, XXI 98 D', 100 C, et naturalibus, 98 C, 99 A, 100 D', quandoque quoad fieri et esse simul, ut in creatione, 99 C, A'; et sic, cessante operatione, manet vel cessat effectus, 99 C : quo enim potentius est agens, eo actionem ad magis distans diffundere potest, XXII 184 C. — Triplex est agens, XXI 423 B, Deus, qui operatur ex nihilo, et quodcumque aliud agens semper præcedit, 423 C, natura, quæ operatur ex ente in potentia, nec potest anticipare operationem Dei, *ibid.*, intelligentia, quæ operatur ex ente in actu, nec anticipare potest operationem naturæ, *ibid.* — Sed non repugnat eumdem numero actum a duobus procedere agentibus, XX 610 D', XXII 501 C, quidquid dicat Durandus, 500 D', et quum agens naturale non nisi in virtute agentis increati agat, XX 611 A, ideo omnis effectus utrique recte tribuitur, 488 B, 610 D', 612 B', et quælibet actio creaturæ et ab ea est tanquam a principio elicitivo immediato, et a prima causa tanquam a causa principali, 610 B, XXI 241 A, quod etiam de actu peccati intelligitur, 241 C, quia actus a duobus procedens potest esse in uno bonus, in altero malus, XXII 545 A, 546 B. In actione igitur primi agentis fundatur omnis actio secundorum, XXIII 411 C, et per eam modificatur, 411 D; et in quacumque agit Deus, non modo ut causa imperans, ut volunt aliqui, XX 610 B', sed ut causa eliciens, immediata et universalis, per modum superiorem, 610 C, 611 A, D, 612 B', quia plus super causatum influit causa prima quam quælibet causa secunda, 611 C, nec agit ista nisi per virtutem primæ causæ in se mansivam, XXII 502 D'. Hominem ergo duplici modo juvat Deus ad agendum, et eum movendo, XXII 322 B', et ei habituale donum, scilicet formas et virtutes, tribuendo, 322 C'. — Verumtamen multum, quoad agendi modum, interest inter agens increatum et agens creatum, XX 561 A, 583 C', agens naturale et agens per artem, 584 A, agens principale et agens instrumentale, XXIV 57 C'. Agens enim increatum, sine motu et mutatione agit, XX 561 A, XXIV 289 A, simplici emanatione, XXII 92 A, et per esse suum, XXI 102 C', absque operatione media, XX 561 B, XXI 102 B', materiam creando vel mutando, XXIV 289 C; agens creatum, cum motu et mutatione, XX 561 A, XXIV 289 A, contradicente tamen Scoto, 60 B', D', mediante potentia, XIX 334 A, et materia utendo, 561 A, XXIV 289 B, unde formam exstinctam de potentia materiæ denuo eamdem numero producere nequit, 289 C. Item agens per naturam producit simile sibi secundum veritatem, et aliquid impertitur passo, ideo formas de potentia ad actum deducere potest, XXI 423 D, sive multiplicando formam suam, ut volunt quidam, 425 A, sive eas de potentia materiæ educendo, 425 B; agens autem per artem producit simile sibi secundum exemplar tantum, 423 D, nec aliquid impertitur passo, ideo formas naturales virtute propria producere nequit, 423 A'. Item agens principale seu primum movens, XXIV 57 C', secundum exigentiam

suæ formæ agit, et virtus ejus est aliqua forma, 524 B', quam transfundendo in effectum, 524 C', in eum inducit similitudinem suam, 524 B'; instrumentale vero, seu movens motum, 57 C', agit ut motum ab alio, nec virtutem habet nisi incompletam, 58 C', ideo in effectum non inducit propriam similitudinem, sed agentis principalis, 524 B', quia ad effectum obtinendum tantum applicatur, 524 C'. — Agens triplici modo contingit agere, XXII 129 C'. — *Cf.* Causa, Cooperatio.

Actio proprie est operatio a voluntate imperata et in ipso operante consistens, et sic discernitur a factione, XXIII 579 A'. — Actus sunt particularium, compositorum, XIX 238 C, et suppositorum, ita ut abstracta ratione suppositi, jam non sit actio, 193 A. — Ad essentiam pertinent mediante potentia, XIX 334 A, essentia enim per se dat actum primum seu esse, 333 D', per potentiam actum secundum seu agere, 334 A. Sed nullus actus a quacumque activa potentia perfecte producitur nisi per aliquam formam, quæ est principium actionis, XX 11 C, seu aliquem habitum inhærentem, 13 D', 14 A, 337 C; actus igitur est a forma, actus communis substantialis, ut vivere, a forma communi substantiali, XIX 469 B', actus communis accidentalis, ut scire, a forma communi accidentali, actus proprius a propria forma, *ibid.* Quandoque medium quid dicit inter agens et effectum, XIX 339 A, quandoque non, 338 D'. — Actus multipliciter dividitur, XIX 338 D': alii sunt eliciti, quos nimirum habitus vel potentia nullo mediante producit circa suum objectum, XXII 308 C', XXIII 462 B, alii imperati, quos vel imperante voluntate operantur circa proprium objectum, XXII 308 C', vel mediante habitu aut potentia inferiori, circa objectum illius potentiæ, XXIII 462 B. Item alia est actio extra transiens, alia actio immanens, alia quæ aliquid operatur extrinsecus, alia quæ nihil, XXI 101 A. Naturalis vel humana dicitur, cujus naturalia sunt principium et terminus, XXV 248 C, potentia eliciens, XXIII 541 A', objectum et modus agendi, 541 B', supernaturalis autem aut divina, quæ supra humanum modum fit, 541 C', et cujus principium aut terminus non est natura, XXV 248 C. Humanus autem proprie dicitur actus qui a viribus essentialiter vel participative rationalibus procedit, XXII 308 D', id est a voluntate deliberativa, 539 C', 559 D'. — Actus ex objecto recipiunt speciem, ex subjecto, id est ex virtute agentis, remissionem vel intensionem, XXII 532 D, XXV 413 A; definiuntur ergo et distinguuntur per objectum, XXIII 463 B'; specifice distinguuntur per diversitatem formarum a quibus procedunt, XXII 532 D; eorum diversitas diversitatem arguit modo habituum, 282 D', modo potentiarum, 283 A, modo nec habituum nec potentiarum, 283 C. — Plurificantur vel multiplicantur subjecto seu principio, tempore seu mensura, et termino, XXIII 183 A, 184 A; qui ad diversos ordinantur effectus, diversi censentur, qui autem ad eumdem concurrunt effectum, pro uno reputantur, XXIV 184 A'. — Item, actus qui a pluribus suppositis procedit, in plurali exprimitur, etsi in se unus sit, XIX 475 A, B, D: in Spiritus ergo spiratione Pater et Filius dicuntur duo spiratores, quia spirandi actus, licet unus, plurium est suppositorum, 475 A, B, A', sed in creatione unus est tantum creator, non tres creatores, quia creandi actus est essentiæ, non personarum, 475 A', C'. — *Cf.* Operatio.

In qualibet actione aliquid est quasi formale, quod est ex parte agentis, aliquid quasi materiale, quod est ex parte patientis, XXV 353 D, actus enim activorum sunt in passivis dispositis, XXI 107 A', id est, non sunt secundum potestatem agentis tantum, sed etiam secundum potestatem et dispositionem recipientis, 159 A'; quapropter agens et

patiens semper debent sibi mutuo proportionaliter respondere, XXV 352 A, alias, quoties contingit agens excedere patiens, ut in agentibus æquivocis, actionem oportet excedere passionem, *ibid.* Non tamen in omnibus verum est quod agente et passo applicatis, semper de necessitate fiat actio, XXI 264 C', 265 C. — Ad eamdem potentiam pertinere videtur actus active et passive sumptus, saltem actus secundus, XIX 338 D', 339 C, sed non omnino idem est numero motus qui in agente est actio et in patiente passio, XXII 545 B, 546 B, quia actio et passio non differunt relatione tantum, ut vult Richardus, XXIV 102 C', sed essentia, subjecto et causalitate, 103 B, ideo motus in agente malus esse potest, in patiente bonus, XXII 545 B, 546 C. — *Cf.* Passio.

In genere morum quinque sunt actuum species, quia alii ex se boni vel mali sunt, alii boni vel mali ex fine, alii indifferentes, XXII 524 C, 540 B, D'. In abstracto enim considerati, secundum speciem actus omnes vel saltem multi indifferentes dici possunt ad bonum et malum, 539 D, sive ex objecto, 540 B, sive quia a voluntate deliberativa non procedunt, 539 B'; an autem secundum individuum, quoad omnes circumstantias sit actus indifferens, negat Thomas, quia necesse est actum ad finem debitum referri vel non, 540 B', qui, si referatur, bonus est, si non, malus, 540 B', 544 A, et ideo omnis actus a voluntate deliberativa procedens necessario bonus vel malus est, 539 A, et in eo qui gratiam habet, necessario meritorius vel demeritorius, 539 A, D', 541 C, in eo autem qui gratia caret, indifferens esse potest, non quidem ad bonum vel malum, sed ad meritum vel demeritum, 539 B, D'; affirmant vero Bonaventura et Scotus, quia etsi omnis actio ordinata in finem sit bona, 542 A, omnis actio non ordinata non ideo est mala, 542 B, 543 B', idcirco erit indifferens, 542 C, sive quoad esse morale, 543 B, sive quoad esse meritorium, 543 C, alias homo mereretur vel peccaret indesinenter, 543 B'; nec omnis intentionis defectus corrumpit actum, 545 C, 543 B', nec semper ad finem caritatis oportet referri actum moralem, 544 B'. — *Cf.* Indifferentia.

Actus in quantum ens, naturalem habet bonitatem, XXII 539 A', sed moralem non habet nisi in quantum humanus, id est a voluntate deliberativa procedens, 539 C'. Actus ergo non sunt in genere morum nisi in quantum voluntarii, XXII 532 A', et ut sic, distinguuntur per bonum et malum, sed actus a voluntate eliciti, specifice, 532 D', actus imperati, per accidens, 533 A. — Primam determinationem ab objecto recipiunt, subsequentes a circumstantiis, XXII 492 D', et ita, juxta Thomam, primam bonitatem sumunt a substantia actus, secundam a materia debita, tertiam a fine et circumstantiis, 493 A. Multiplex ergo actui potest accidere bonitas, XXII 493 C, C', 551 A', nempe quadruplex, secundum Thomam, a substantia, objecto, circumstantiis et fine, 511 D', quintuplex, juxta Henricum, a substantia, objecto, fine, voluntate et gratia, 512 B', quas omnes non necesse est constare simul, 551 A', C', imo omnes, præter primam, deficere non repugnat, 493 B. Sicut tamen naturalis actus bonitas ex aggregatione est omnium quæ ei conveniunt ex natura, XXII 533 B', sic moralis bonitas ex aggregatione omnium quæ ei conveniunt secundum rectam rationem, 533 D', id est ex convenientia objecti, finis et circumstantiarum, 534 A, ex quibus, si unum desit, actio fit mala moraliter, 512 D. — Ex multis igitur pensatur ac sumitur dignitas actus, XXIII 347 B, 512 B: ex objecto fundamentaliter, 513 C, ex voluntate et gratia, 512 A'; et ex objecto speciem recipit, XXIII 491 C, ex voluntate rationem laudabilitatis et virtutis, XXII 512 B',

D', XXIII 497 A, ex gratia rationem meriti, XXII 512 A', non enim meritorius dicitur actus nisi qui forma supernaturali informatur, id est gratia gratum faciente, 329 A', seu caritate, XXV 410 C'. Tripliciter ergo actus dicitur bonus : naturaliter, quum est circa objectum conveniens, XXI 380 B, virtuose, quum fit in circumstantiis debitis, 380 D, meritorie, quum fit in caritate, *ibid.* — Ex fine etiam desumitur bonitas actionis tam interioris quam exterioris, XXII 511 D', 512 B, quia bona dicitur quæcumque ordinem finis debiti non prætergreditur, 551 A ; sed sicut duplex est finis actuum humanorum, proximus et ultimus, 551 C, ita duplex est eorum regula, quoad finem naturalem ratio et voluntas, 551 B, D, quoad finem supernaturalem fides et caritas, 551 C, alias ratio et Deus, XXIII 451 D', et ille bonus est qui ad rationem aut Deum refertur, *ibid.*, saltem habitualiter, XXII 542 A', 543 D. Quidquid autem actum inconvenientem reddit fini a natura intento, est contra jus naturæ, XXV 125 D, et quidem si omnino impediat finem principalem, primis legis naturalis præceptis prohibetur, 125 A', si principalem leviter dumtaxat, vel secundarium tantum finem impediat, secundis prohibetur præceptis, 125 B'. Ex fine igitur completorie est actuum bonitas vel malitia, XXII 511 C, 543 D', id est ex conformitate ad rectam rationem, 513 A, quæ est regula voluntatis, 513 C; non ita tamen ut ex sola intentione seu solo fine judicandi sint, 533 B, et omnis actus bona intentione factus ideo sit bonus, 532 C, 533 D, et omnis agens, sive bene sive male, tantum boni vel mali semper agat quantum intendit, 546 D', quia si ex fine malo semper malus est actus, 511 C, ex fine bono non semper bonus, 511 D, et si semper multum peccat qui multum peccare intendit, non semper parum qui parum intendit, 547 A, nec semper multum bonum facit qui multum intendit, 547 A'. In actibus ergo nostris expedit ordinem debitum semper servare, XIX 41, actiones fervide incipere et potissimum finire, XXII 552 C', D', et puro divini amoris intuitu agere, XIX 53 A. — Circumstantia mere concomitans nihil bonitatis vel malitiæ addit ad actum moralem, XXII 544 D, ut infidelitas in peccatis infidelium, *ibid.* — *Cf.* Bonitas, Meritum, Opera.

Non omnis actuum malitia a sola prohibitione venit, XXII 498 C, A', quia sunt quidam ex se mali, etiam nulla intercedente prohibitione, 498 D ; imo dupliciter accidit actum fieri malum, et quoad substantiam actus, et quoad modum agendi, XXI 374 B, vel tripliciter, per defectum scilicet convenientis objecti, vel circumstantiarum, vel caritatis, 380 A'. — Actus malus, secundum quod actus, a Deo est, XXII 497 A', 498 B, B', contra quosdam, 499 C, 500 C, B', et a voluntate, prout est potentia a Deo descendens, 497 B', et a libero arbitrio conjuncto cum Deo, 497 C'; secundum vero quod malus, nullo modo est a Deo, nec directe nec indirecte, 500 A, C', 501 B, sed permissive dumtaxat, 498 A, et a voluntate per defectum, 497 B', 499 B', 500 D, 501 B, 502 C', seu a voluntate deficiente, 497 B', et a libero arbitrio discontinuante a Deo, 497 C'. — Idem actus simul bonus et malus esse nequit, XXII 545 D, nec etiam successive bonus et malus, quia tunc idem non manet numero, 545 A, A', C', saltem quantum ad actum interiorem, qui simplex est, 546 D, A', actus vero exterior, qui duplex habet esse, bonus et malus simul esse potest, etsi non secundum eamdem partem, 546 D; item actus a duobus procedens agentibus, in uno bonus, in altero malus esse potest, 545 A, 546 B. — *Cf.* Peccatum.

Actus exterior ex se nec bonus est nec malus, XXII 477 B', sed prout ex voluntate procedit, quodam modo voluntatis conditiones sequitur, 477 B, 532 C, et sic fieri potest bonus vel malus, 477 C,

581 B, et magis caritativa, 581 C; quapropter in Evangelio multa ei repromittuntur, 578 D'. — In eodem homine absolute meliora sunt opera contemplativæ, sed accidentaliter meliora esse possunt opera activæ, XXIII 579 A; ex variis hominibus, contemplativis vel activis, ille melior est qui plus caritatis habet, 581 A. — An maneat in patria, XXIII 581 D, A'. — *Cf.* Contemplatio.

Actus conjugalis. *Vide* Coitus.

ACTUS et potentia ens dividunt, et quodlibet genus entis, XIX 278 A', XXV 420 D, et vulgo definiuntur, actus principium agendi seu movendi alterum, potentia principium movendi seu perficiendi ab altero, XXII 30 C'. Actus est formæ, potentia materiæ, XIX 133 A'; verumtamen non dicunt quidditates diversas, sed dispositiones ejusdem diversas, dispositiones scilicet substantiales, XXI 425D. An in actu puro et potentia pura dari possint gradus, XXII 24 A, C. — Præter Deum, qui est actus purus, XXI 185 D, 210 A', XXII 30 C', et materiam primam, quæ est potentia pura, 30 D', in quolibet ente est compositio actus et potentiæ, XXI 196 A', 210 A', etiam in angelis, 187 A, 196 A', 199 C, quia quælibet essentia creata, in quantum creata et dependens, dicitur potentia, 202 D, in quantum divinæ perfectionis particeps, dici potest actus, 202A'; et quamvis in eodem actum præcedat potentia, simpliciter et in diversis actus præcedit potentiam, 77 B'. Verumtamen in angelis non differunt realiter actus et potentia, XXI 185 D', 202 D, nec actus est proprie esse actuale angeli, sed potius quidditas ejus, 185 D, 202 A. Item, quia dupliciter dicitur quid in actu seu actuale, actualitate nimirum essentiæ et actualitate formalitatis, XXII 31 A, a quibusdam materia prima dicitur ens in actu seu actus, 30 D, licet abusive, 30 B'.

Aliud est actus primus, qui est forma seu esse, aliud actus secundus, qui est agere seu actio, XXI 256 D', XXII 325 D, 478 B'; sed ab eodem res habet utrumque, 325 D, et unum et idem respectu diversorum esse potest actus primus et secundus, XXI 257 C', sicut anima actus est primus respectu corporis, actus secundus respectu Creatoris, 257 D', esse, actus primus respectu actionis, actus secundus respectu essentiæ, *ibid.* — Ab actu primo, qui est esse, discernendæ sunt entium differentiæ, XXI 118 B, sed per actum secundum, qui est agere, a nobis discernuntur, quia esse eorum non cognoscimus nisi per operationes, 118 A', et actus secundus præsupponit actum primum, *ibid.* — *Cf.* Potentia.

AD, præpositio, varia significat, vel causam finalem, vel concomitantiam, XXI 544 B, vel obligationem, 544 C.

ADÆQUATIO æqualitati aliquid superaddit, nempe imitationem, XX 97 C, 102 D, ideo inter divinas personas non est ponenda mutua adæquatio, sed mutua æqualitas dumtaxat, 97 D. *Cf.* Æqualitas.

ADAM protoplastus, etiam quoad corpus fuit aliquo modo imago Dei, XXII 143 A'. — Corpus ejus a Deo ipso plasmari decens fuit, XXII 143 A', imo necessarium, quia ad hoc nulla sufficiens erat virtus creata, 145 D, nec angelica, 143 A', nec cœlestis, 145 C', 146 B, nec seminalium rationum, 145 C', D'. Illud ex elementari natura constare omnino congruebat, XXII 148 C, ideo ex quatuor elementis compositum est, 143 D', ut ex omnibus rebus quodammodo conflatum videretur, 145 C; de terra tamen præcipue dicitur factum, quia hæc in ipso magis abundavit, 144 A, et in terra sunt aliquo modo tria alia elementa, 144 B; et sic in eo contemperatæ sunt elementares qualitates, ut in maxima essent æqualitate proportionis, 146 D', seu justitiæ, 148 B, non autem æquiparantiæ, 146 D', seu ponderis, 147 D', ut simul et aptum esset ad actus vitales, 146 B', 147 A, et possibilitatem haberet ad corruptionem et incorruptionem, 148 B. De cœlesti autem natura nihil participare potuit per

modum compositionis, XXII 144 C, nec ligamenti, 144 A', 148 B', sed tantum per modum influentiæ, 144 D, 148 C'. — Anima ejus nec de divina substantia decisa est, XXII 125 A', nec de potentia materiæ educta, 125 C, C', 140 D', nec ante et extra corpus cum angelis creata, ut quondam opinatus est Augustinus, 140 B', C', sed in corpore et cum corpore, 140 C, 141 A, cujus fuit forma specifica, 141 A, sive unica, ut tenent plerique, 136 C, 139 D, sive cum alia forma substantiali incompleta corpus ad animæ informationem disponente, ut volunt Richardus, 138 D, et Henricus, 138 B'. — *Cf.* Anima, Corpus.

Quoad corpus creatus est aliquo modo passibilis, quia ei fuit potentia patiendi, id est natura passibilis, XXII 188 B', 189 A, A', aliquo modo impassibilis, quia ei nulla fuit ab intrinseco necessitas patiendi, 189 A', et ab extrinsecis impressionibus ex ordine divinæ justitiæ protegebatur, 189 B', 192 A'. — Similiter fuit quodam modo incorruptibilis, non per carentiam deperditionis, XXII 190 D', 192 A', sed quia ab interiori corruptivo servabatur per esum lignorum paradisi, 151 B', 152 D', 154 A', et ab exteriori per temperatissimum loci aerem, 153 A; corpus ergo ejus ante peccatum nec igne uri nec gladio scindi poterat, juxta Thomam, quia spirituali immutatione tantum afficiebatur, XXV 281 A', nec corruptioni subjacebat, quia in eo contrariarum qualitatum pugna reprimebatur, 306 B. — Immortalis ergo fuit, ex variis causis, XXII 151 A', 191 C, non omnimode, ita ut mori non posset, 189 A, 190 D, 191 D', quum cibis indiguerit, 151 B', sed quia manens in gratia vel mortem evadere poterat, juxta quosdam, 190 A', D', 191 C, vel, ut docent aliqui, ante tempus corruptionis ad cœlestem paradisum fuisset translatus, 191 B', 192 C. Quæ immortalitas partim et dispositive a natura erat, partim et completive a gratia, XXII 193 A, B, D': unde post peccatum, esu ligni vitæ mortem declinare non potuisset, 190 B, etsi forsan vitam prolatasset, 190 C; imo ante peccatum ex eo comedisse videtur, quin inde factus sit immortalis, quia non ea quantitate comedit quæ requirebatur, 371 B, C'. — Et quoniam ad ejus felicitatem pertinebant essentialiter immortalitas et rectitudo originalis, congruenter amœnitas loci, XXII 371 B', ideo in paradisum terrestrem translatus est, etsi extra factus, ut sic intelligeret se gratuito ibi positum, 153 B, 154 C', et magis gratus esset, 155 A. — Cibo tamen egebat, non modo ad tuendam vitam, XXII 190 C', sed ad deperditi restaurationem et virtutis augmentativæ et generativæ conservationem, 190 D'. Item somno indulsisset, saltem naturali, XXII 191 A, contra Alexandrum, 192 B', et senuisset, saltem tempore, 191 C', sed senectutis alterationes minime sensisset, 191 D', et post aliquantum temporis, vivens translatus fuisset ad gloriam, 191 B', 192 C. — *Cf.* Arbor, Immortalitas, Impassibilitas, Paradisus.

Quoad intellectum, omnem perfectionem humanæ naturæ a primordio accepit, XXII 257 A', ideo illum scire oportuit quidquid necesse fuit ad propriam gubernationem, 256 B, 257 D, 258 C, ad instructionem posterorum, 256 B, 257 B', 258 C, et ad gubernationem inferiorum, 256 B, 257 D, quæ scilicet in primis principiis continentur, 258 C, supernaturalia quædam, *ibid.*, et de unaquaque re quod ad usum ipsius pertinebat, 257 A'. — Ut ergo pater et instructor posterorum, scientiam concreatam habuit, XXII 208 B, et species innatas, XXI 113 B; an autem perfectam universorum habuerit notitiam, XXII 255 B', affirmat Alexander, quia a Deo perfectus creatus est, 255 D', negat Thomas, quoniam tantum non requirebat perfectio naturæ, 257 C, A', 258 A', ideo in eo non repugnat fuisse quamdam nescientiam, 258 B'. An arithmeticam noverit et geometriam,

XXI 263 A. — Sed licet aliter scientiam acceperit quam nos, non tamen alterius rationis scientiam, XXII 257 A', 258 A', et dato quod scientiæ perfectionem accepisset, in ea tamen proficere habuisset, sive quoad scibilia, 256 A', sive quoad sciendi modum, 256 C, sive quoad habilitatem ad intelligendum, 256 A'. An autem deceptionem pati potuisset, XXII 256 B', affirmant nonnulli, non quidem in scibilibus, sed in opinabilibus, 256 C', et absque firma adhæsione, *ibid.*, sed communius negatur, loquendo de quacumque deceptione, 257 A, 258 B'; verumtamen, sicut in ipso erat peccare et exinde mori, 257 D', sic et peccare et postea decipi, 258 A. — Durante innocentia, Deum non vidit per speciem, XXII 251 B, 252 C, 253 D, nisi forte ad momentum, in sopore, quum ablata est ab eo costa, 252 A, D, 253 D, alioqui nunquam peccare potuisset, 253 A', 254 C, sed per aliquem ejus effectum in intellectum proprium effluentem, 252 B', 253 A, id est visionis genere medio inter Beatorum et viatorum visionem, 253 A, 254 C, quia per sensibilia a clara intelligibilium intuitione non impediebatur, 253 B', et necessario profecit in cognitione Dei experimentali, 252 B, 255 D. — An Deum cognoverit sine medio, XXII 251 B', 253 A, vel in ænigmate, 253 B, per fidem, 254 D, 255 B, 258 C; quomodo noverit angelos, 253 D'; an casum suum præscierit, 258 C', aut Verbi incarnationem, XXI 325 C'. — *Cf.* Innocentia.

. Quoad animam eum cum gratia gratis data factum esse certum est, XXII 265 B, 268 D', et cum optimis naturæ dotibus, 265 C, quin et cum quadam gratia superinfusa, 269 A; an autem in gratia sanctificante, caritate et virtutibus gratuitis, 264 A', negant multi, XXI 287 A', 289 B', XXII 265 D, B', C', 266 D, 267 D, saltem pro primo vitæ instanti, 266 A, B, quia gratiæ infusio quamdam voluntatis dispositionem requirit, 267 B, D, nec eam adipisci potuit nisi per conversionem ad Deum, 266 C', 267 D, quapropter in statu innocentiæ distinguenda sunt tempora duo, 266 C, 267 A'; affirmant vero alii, XXI 290 A, XXII 211 B, ut Thomas, 266 B', D', et Cartusianus, 267 A', quoniam hanc exigere videtur rectitudo originalis, 266 D'. — In eo ergo duplex fuit justitia, originalis, qua anima ejus et corpus optime ordinabantur, XXII 210 D', ita quod nec animam a contemplatione impediebat corpus, nec corpus afficiebat ulla passio, 392 B', et gratuita, qua actus elicuit meritorios, 211 A. Aliqua gratiæ dona habuit innocentiæ statui propria, XXII 366 B', 368 C', aliquibus caruit, quæ statui illi non competebant, 366 C', 368 B', D'; an fidem habuerit, 366 D, 368 D', XXIII 410 B, et omnes virtutes, XXII 366 A', 369 C', ut pœnitentiam, 367 A, 368 D', perseverantiam, 367 B, et continentiam, 368 D'. — Impeccabilis non erat, nec esse poterat, XXII 248 B', juxta plerosque, 249 A, A', 250 D, tum ob naturæ conditionem, 249 B, D, tum ob ingenitam libertatem, 249 C, B'; sed etiam absque gratia gratificante tentationibus resistere poterat et vitare peccata, 268 A', 269 D', propter rectitudinem naturæ, 269 A, 270 A, et auxiliante gratia gratis data quæ ipsi collata fuerat, 269 A, 270 B, C. — Verumtamen ex acceptis in sua conditione nec Deo proprie acceptus esse poterat, secundum Alexandrum, XXII 265 A', nec in bono proficere, profectu scilicet meritorio, 265 C', 267 D', et utraque indiguit gratia, cooperante et operante, 336 C'; insuper et angelum sui custodem accepit, XXI 546 A', D'. Num minus eguerit gratia ante peccatum quam postea, XXII 369 B, D, vel plus quam posteri habuerit gratiæ gratum facientis, 366 C', 369 A, 370 C, vel gratis datæ, 366 B', 368 B', 369 A, vel plures habuerit virtutes, 366 D', 367 D', vel plus meruerit per gratiam, 370 D, A', et virtutes, 367 B, D', 368 C, 369 D'. — *Cf.* Gratia, Meritum.

essentia ut est principium actionis, et dicuntur de personis, non de proprietatibus nec de essentia proprie, 363C'. — Adjectiva essentialia, quum absoluti sint intellectus, non repugnat prædicari de proprietatibus, XX 366A, et de notionibus, juxta Antisiodorensem, 365A; verumtamen, secundum Albertum, de proprietatibus prædicari nequeunt nec essentialia per modum essentiæ, 364A, 365C', nec essentialia appropriata personis, 364B, 365C', nec essentialia cointellecta persona, 364B, D, nec essentialia per modum actus, 364C, D; et de notionibus prædicari nequeunt, quæ præter naturam aliquid connotant quod non convenit notioni, 365C. — Adjectiva personalia ut sic, non dicuntur de notionibus, XX 364A', quia vel personæ ut sic, appropriantur, vel actum ejus personalem designant, 364A', 365D. Notionalia habitudinem dicunt personæ in quantum personæ, XX 366A', ideo nec de essentia dicuntur, quia notiones copulant, non essentiam, 365C, nec de notione substantive dicta, 365D', sed tantum de notione quæ habet intellectum personæ, 366A'. — Adjectiva masculini vel feminini generis adjective tenentur, et distinctiones ponunt circa terminos personales qui in locutione ponuntur, XIX 421D, ideo in divinis aptantur, masculina personis, feminina proprietatibus, 421B; neutra autem, quia substantivantur, diversitatem notant absolute, 421C, et in divinis essentiæ aptantur, 421B, verumtamen adjective accepta et termino personali adjuncta, alietatem personarum designare possunt, 421A'. — *Cf.* Genus, Prædicatio, Substantivum.

ADOLESCENTIA quandonam incipiat et finiatur, XXV 190A. — Adolescentula: sic vocantur in Scriptura B. Virgo et quælibet anima sancta, XIX 44; via Christi in adolescentula, quid, *ibid.*

ADOPTIO est extraneæ personæ in filium et heredem legitima assumptio, XXIII 205D, 206B, XXV 207B. Ad supplendum naturalis generationis defectum inducta est, XXV 207D, et duplex est, altera perfecta, quæ dicitur arrogatio, XXIII 207A', XXV 207A', et fieri nequit nisi principis auctoritate, 207B', qua qui jam sui juris est transit in dominium adoptantis, XXIII 206C', altera imperfecta, quæ adoptio simplex vocatur, 207B', et fieri potest ex auctoritate magistratuum, XXV 207C', qua qui nondum est sui juris non transit in dominium adoptantis, XXIII 206D'. — Illis dumtaxat competit adoptare qui potestatem habent de suis disponendi, XXV 207C', ideo nec minoribus nec mulieribus, *ibid.*, nec his qui perpetuum habent impedimentum generandi, 207D'; item his tantum congruit adoptari quibus nullum inest jus in hereditatem, id est extraneis, 208A. — Adoptio legalem cognationem inducit inter adoptantem et adoptatum ejusque posteros, XXV 208B, quia quidquid est in potestate adoptati transit in potestatem adoptantis, 208A'; item inter adoptivum et filios naturales adoptantis, 208C, inter adoptantem et uxorem adoptati, et econverso adoptatum et uxorem adoptantis, *ibid.*, non autem inter adoptantem et parentes carnales adoptati, *ibid.* Ideo nequit adoptans ducere uxorem adoptati, nec adoptatus uxorem adoptantis, XXV 208C, sed quandoque fieri potest connubium inter adoptatum et filios naturales adoptantis, 208C, D. — *Cf.* Matrimonium.

Ex similitudine humanorum ad divina translata est adoptio, XXIII 205C, et sic adoptionis gratia ea dicitur qua homo de non filio fit filius Dei, 203A', 204A, et jus acquirit cœlestem hereditatem percipiendi, 205D, 206B. — Spiritualis adoptio tria supponit: extraneitatem adoptati, gratiæ collationem, et jus concessum ad hereditatem, XXIII 204B; bene esse dicit post male esse, 204A, ideo per duo fit, per gratiam baptismalem, quæ removet a malo, per fidem et caritatem, quæ ordinant ad

substantiarum separatarum, 86D', intellectuali perfectione, 115D', universali, 396B, genere et specie, 396D', simplicitate divina, XX 177A, cognitione simplicium et invisibilium per negationem, 323D', emanatione rerum a Deo, 564D', multitudine actu infinita, 581B, 582A, B', XXI 89A, 211B, esse et exsistentia, 195C, intellectuali cognitione, 263B, XXV 260A, motu cœli, XXII 74A', anima rationali, XXIV 287B', 545D', separata, XXV 313B.

ALIETAS. Alius masculino vel feminino genere semper adjective tenetur, et alietatem suam ponit circa substantivum suum, XIX 421A', neutro genere substantive accipitur, et alietatem importat absolute, *ibid.*, in divinis ergo alius personis aptatur, alia proprietatibus, aliud essentiæ, 421B, et sic recte dicitur, Pater est alius a Filio, 421A', vel aliud suppositum a Filio, 421B', non autem aliud a Filio, 421B, vel alius Deus a Filio, 421A'. — Propter aliud esse dicitur id ex quo alteri provenit utilitas, XXI 106D, quod fit dupliciter, sic ut illud divinam bonitatem participet tantum in ordine ad hoc cui utile est, *ibid.*, sic ut divinam bonitatem participet absolute, ex quo alteri fit utile, *ibid.*

ALIMENTUM. *Vide* Cibus.

ALIQUID ad nihil duplicem habet ordinem, temporis et naturæ, XIX 323A, nec idem est aliquid esse de nihilo et aliquid non esse de aliquo, 322D'; tribus modis dicitur fieri de nihilo, 323A', sex modis de aliquo, 319B'. — Entia dicuntur aliquid dupliciter, quoad esse et quoad rationem quidditatis, XX 117D, relatio dicitur aliquid quoad esse tantum, ad aliquid quoad rationem suam, *ibid.* — Ad aliquid secundum propriam rationem dicit solum respectum ad aliud, XX 201D', sive cum fundamento in re, et tunc est relatio realis, *ibid.*, sive in apprehensione rationis tantum, et sic est relatio rationis, 202A; alium ergo modum entitatis habet quam cetera genera, quia hæc dicunt aliquid absolutum, illud non dicit nisi respectum, 204C', eorum enim quæ ad aliquid sunt, hoc ipsum est esse, ad aliquid se habere, 204D. In ad aliquid non fit motus nisi per accidens, XX 296A', sed ipsum simpliciter prius est accidente, 205D'. — Ad aliquid prædicamentum est, saltem prout aliquid ponit in suo subjecto, XX 201C', sed non importat imperfectionem sicut cetera prædicamenta, XIX 393B, nec proprie dependentiam ad subjectum, 393C, ideo in divinis assumitur vere, non transumptive, XX 204D, 205B', et ad essentiam pertinet, vel secundum rationem esse, vel secundum rationem attributorum, 117D'; verumtamen dupliciter considerari potest : quoad esse suum concretum cum subjecto, et ita in creaturis est accidens, in divinis ipsa essentia non distinguens personas, 204D', quoad suam rationem respectus, et sic distinguit personas, *ibid.* — An potentia generandi in divinis sit aliquid vel ad aliquid, XIX 339D' et s. Filius facere potest omne quid Pater, non autem omne quod ad aliquid, XX 118A'. — *Cf.* Nihil.

ALLIACO (Petrus de). *Vide* Petrus.

ALPETRAGIUS (alias Alpetrandus vel Anavalpetras, Abu Ishak el-Bitrôji, Arabo-Hispanus astronomus, † 1185) secreta astronomiæ sibi revelata esse contendit, XXII 76A. — Epicyclos negans et excentricos, XXII 76B, laboriose conatur explicare differentias motus planetarum in longitudine et latitudine, 65C'. — Sphæras se contingere tenet, XXII 96A', et orbes universos virtute divina immediate moveri, 76A, A', eo velocius quo sublimiores sunt, 60C, 73D.

ALPHORABIUS (Abu-Nasr Mohammed ibn-Tarkan el-Farabi, Arabs philosophus, † 950), auctor librorum de Divisione scientiarum, XIX 406B', et de Intellectu et intelligibili, XXI 47B', XXV 414D, secreta astronomiæ sibi revelata esse contendit, XXII 76A'. — Perperam asserit cœlos ab anima imaginativa moveri,

278B', XXIII 463A, vel quo similitudinem ejus quod in nobis est in altero amamus, XXI 277D. Super amorem ergo quamdam addit benevolentiam, XXIII 463A, et societatis desiderium, quia non modo vult amico bonum, sed cum illo convivere cupit, 516D, et aliquam requirit redamationem, 463A. Verumtamen gratuitus est, saltem ex parte causæ finalis, XXI 274D', quia non ad utilitatem amantis sed ad bonum amati tantum respicit, 277B', nec æquivalens requirit, nisi secundum quod possibile est, XXIV 385D. Tria illi præcipue contrariantur : fictio, malum fundamentum et obliqua intentio, XXIII 461D. — Nemo ad se ipsum amicitiam habet, sed aliquid majus, XXIII 478C; nec vigere potest amicitia nisi ad animata, XX 19C, et inter rationales creaturas, 19D', similes, XXI 277D, et conformes in natura, XX 19C', D', æquales, aut saltem non multum distantes, XXI 277D', et virtuosas, 277A', non tamen amatum diligit solum, sed et quæcumque ad illum pertinent, XXIII 463C. — Quoniam duobus præcipue modis naturaliter nectitur amicitia, per carnis propagationem et carnalem copulam, XXV 194A', ad ejus dilatationem recte provisum est ut conjugia extra consanguineorum seriem inirentur, 189B, 190C, affinium, 197B, et spiritualium cognatorum, 250B. — *Cf.* Amor.

Inter Deum et hominem requiritur amicitia quædam, ut valeat homo finem supernaturalem attingere, XXIII 461B, quam amicitiam naturaliter sibi conciliare nequit, 461B', sed a Filio et Spiritu Sancto accipit, XIX 550D, et hæc est caritas, XXIII 461C, B', 463B, vel gratia, 462C'; sed inter Creatorem et creaturam, ob nimiam inæqualitatem vera non videtur dari posse amicitia, XXI 274B', 279D', XXIII 465A, 467C, ideo etsi eum naturali amore super omnia diligere possimus, XXI 275B, 277B', 278B', 280B', et debeamus, 278A, non tamen proprie amore amicitiæ, juxta quosdam, 277A', 279C', 280B, contra alios, 277A', 278C'. — In peccato fit læsio hujusmodi amicitiæ et justitiæ, XXIV 373C', et per pœnitentiam reparari potest justitia absque amicitia, 373C', et econtra, 373D'. — Inordinato amicitiæ amore erga se ipsum peccasse Luciferum contendit Scotus, XXI 318B. — *Cf.* Caritas.

Amicus est qui vitium abolere quærit, non vitioso insultare, XIX 58A'. — Gravius est amicum odisse quam inimicum, XXIII 497D', sed non simpliciter melius est amicum amare quam inimicum, 495C, C', 496D', 497D', 498B', 499C'. — *Cf.* Inimicus.

AMIDUM, quia farinæ speciem amisisse videtur, in Sacramento consecrari nequit, XXIV 297D', 301A.

AMOR quandoque large sumitur, et sic in omni virtute dicitur esse, XIX 113D', XXIII 460A', et omnis virtus vocatur amor ordinatus, 460B. — Proprie motus est ad bonum, XXI 278D', et boni est simpliciter, realis vel apparentis, 279D: amare enim est alicui bonum velle, XIX 123C, XX 19C', et ad duo tendit, ad bonum, et ad illum cui bonum volumus, 19D'. Quid inter amorem, dilectionem, caritatem, XIX 439B', et desiderium, XXIII 450D. — Ad appetitum pertinet, XXIII 472D, et in concupiscibili subjectatur, 450B', et quædam est ipsius affectus transformatio in rem amatam, 472A'. Inter animæ affectiones primatum tenet et ceteras movet, XXIII 472D', in quibusdam ipsa cognitione præstantior, 473C, licet ordine posterior, 473A. Vis est activa, quæ otiosa esse nequit, sed operatur delectabiliter, XXIII 472C', virtus conversiva amantem in amatum transformans, XXV 407D', unde acutus dicitur, quasi penetrativus, quia in amatum fertur, *ibid.*, et calidus, quia ferventiori actu volitionis unum fit cum amato, *ibid.*, vinculum ligans, XXIII 486A, et pondus inclinans, 486B, quoniam in spiritibus est sicut pondus in

252 A. Quilibet clarissimum est S. Trinitatis speculum, XXI 475 D', 514 D, 515 A, 516 A, A', et signaculum, 516 A', Dei filius, XXIII 205 A, adoptivus, 205 D', et membrum Christi, 234 C. — Eorum esse ab esse divino deficit in duobus, quia nimirum non sunt a se sed ab alio, et quia in eis aliud est esse et quod est, XXI 127 C. — Quantum ad finem æquales sunt angelus et homo, quia ambo ad eamdem beatitudinem ordinantur, XXI 112 A'; sed specie differunt, 112 D', 113 C', 115 A', imo et genere, secundum Albertum, 113 C', et dignitate præstat angelus homini, 112 C', quia in simplici subsistit natura, 206 D. Ab anima rationali in variis discrepat, quia nempe substantia est separata, corpori non conjuncta, 513 D', nec unibilis, 113 D', 116 A, 117 A', C', intellectualis et maximæ actualitatis, 115 A, illuminationum Dei prima relatione receptiva, 114 B', 516 B', et lumen intellectuale impermixtum participans, 206 A', quæ deiformem habet intellectum et species intelligibiles sibi innatas, et intelligit intuitu simplici, 113 A, quapropter a phantasmatibus non recipit species, 114 A', nec illuminatur nisi a superiori, 114 B', unde proprie dicitur non rationalis, ut anima, sed intellectualis, 116 B, 513 C', licet nonnunquam lato sensu nuncupetur animal rationale, 117 B. — Sed quidquid dicant quidam, XXI 483 B', 509 B, 510 B', certum est homines gratiæ merito angelis æquari posse, imo et præstare, 509 B', 510 B, D, 511 A, ideo probabile est, non modo virgines, 483 D', 509 C, 511 A', et perfectos, 509 D, sed omnes electos angelicis choris inserendos esse, 483 A', pro diversitate meritorum, 509 A, et angelis æquandos, non quoad conditionem naturæ, 510 A, nec quoad officia, 509 C', 510 B', sed quoad præmii parilitatem, 510 C', 511 A, ut sit in cœlo una angelorum hominumque societas, 509 D, 510 B. — *Cf.* Anima, Beatitudo.

Spiritualitas. Angelos subtilia corpora naturaliter habere opinati sunt olim magni doctores, ut Augustinus, XXI 441 C, 442 A, 448 C, Origenes, 445 C', et Bernardus, 441 D, et philosophi, dicentes eos esse formas orbium, 444 C', 448 C; sed esse incorporeos tenet modo communis sententia, 442 C, 444 B', 445 B', 448 D. Incorporei ergo sunt, quia quantitativa forma carent, XXI 515 C', nec corpus sunt, nec virtus corporis, nec virtus in corpore, 516 D, aut corpori unibilis, 513 D'; verumtamen, etsi immateriales sint, 197 C, 200 D, corporei quodammodo dicuntur, respectu divinæ simplicitatis, 187 D, 197 C, et quia loci proprietatem participant, id est localitatem, 197 D. — Quum autem hominibus apparent, XXI 441 C', 444 D, necesse est ipsos vel non apparere nisi imaginarie, species corporum sensibus ingerendo, ut volunt quidam, 443 B, C, 444 C, 445 C et s., vel potius quædam sibi assumere corpora, 441 B', 444 C', 446 A, 447 B', in quibus moventur et loquuntur, 441 B', corpora scilicet ex puriori aeris parte compacta, 441 B', 442 C, exterius apte conformata, 442 C', non interius, 442 D', 448 C', in quibus sunt definitive, 449 B, 452 D, toti in toto et toti in qualibet parte, 444 A'. Sed quia his uniuntur non ut formæ, sed ut motores mobili, XXI 442 D, 444 D', 445 B, 446 B, 449 B, 451 A', vel sicut artifices instrumentis, 442 D, 453 B, in ipsis non habent operationes vitales, 451 D', 452 B', 455 A, sive vitæ vegetativæ, 450 D', sive sensitivæ, 450 A, 451 B', sed eas tantum quæ pertinent ad motorem, 451 A, D'; ideo nec vident nec audiunt per organa sensuum, 450 B, 451 C', nec loquuntur lingua, 450 C', nec cibos sibi incorporant, 451 A, 452 A, 454 B', etsi eos vere sumant, 451 A, 454 A'. — An et quotuplici modo angelo conveniat esse in corpore, sive per præsentiam, XXIV 307 B', sive per operationem, 307 D'. — *Cf.* Apparitio.

Simplicitas. An in angelis sit materia, negat Thomas, ratione eorum incorpo-

reitatis, XXI 186 D, intellectualitatis, 186B, 187C', et nobilitatis, 200B', affirmant alii, loquendo de materia spirituali, 188D, D', sed eos omnino immateriales esse requiritur ad perfectionem universi, 187 B, 188A, quia sic mediant inter Deum et corpora, 187 D, et insuper in operationibus suis materia non juvarentur, 200A, sed potius impedirentur, 200C. — Non sunt tamen pure simplices, XXI 188A', nec actus purus, 185D, nec potentia pura, 202 C', et in eis est aliqua compositio, 188B', 199C, imo multiplex, nempe ex actu et potentia, 187A, 189B', 196A', 199C, 205B, ex quo est et quod est, XIX 402A', D', 404B', XXI 186D', 196B', 197A', 204D, B', 205A, ex quod est et esse, 205A, D', ex quo est et quis est, 196B', ex esse et essentia, 190B, ex essentia et quidditate, 199D, ex essentia et potentia, 196A', 197A', 205A', ex genere et differentia, 196A', 201D', imo ex forma et materia, juxta quosdam, 188D, D', 189A', 196B', contra alios, 186B, 187A, 196D', 197A', 199C, 201A', 204D'. Et eo magis ad compositionem et potentialitatem accedunt quo magis a divina simplicitate recedunt, XIX 405B, sic ut qui majoris sunt actualitatis et formalitatis, majoris etiam sint unitatis et simplicitatis, XXI 228C'. — Verumtamen ex his compositi non intelligendi sunt quasi ex partibus essentialibus, XXI 197B', contra Albertum, 197A', 204 C', in eis enim, juxta nonnullos, idem sunt realiter esse et essentia, 204 B', actus et potentia, quum actus non sit nisi essentia ut Dei perfectionem participat, et potentia, eadem essentia prout a divina perfectione deficit, 202 D. Quod est, est ipsa quidditas seu essentia, quo est, esse, juxta Thomam, XXI 186 D'; quod est, est suppositum, quo est, natura vel forma, secundum Albertum, 197B', 198B, 204B', et quod est, quasi materiale, 204B'; quo est seu actus, est ipsum esse seu actualis exsistentia, juxta alios, qui in hoc errant, 202 B'; potentia, potentia est formalis, actus, actus nulli materiæ immersus, 205B. — *Cf.* Compositio, Simplicitas.

Personalitas. Quatuor ex natura dotes habent angeli : simplicitatem essentiæ, distinctionem personalem, perspicacitatem intelligentiæ et arbitrii libertatem, XXI 188B', 206B, 544 C'. — In eis est igitur distinctio personalis, XXI 207C', qua subsistunt, ratiocinantur et individuantur, 206C, imo perfectius sunt personæ quam homo, 206B'. Sed unde in eis procedat illa distinctio, variæ sunt sententiæ : ex unione quo est et quod est, juxta Albertum, 204 D, 204 C', et Udalricum, 204 D'; ex angelicæ naturæ incommunicabilitate, secundum Thomam, 206A', vel perfectione, ut vult Alexander, 206D'; ex parte actualis exsistentiæ, quæ supervenit essentiæ, ut tenet Henricus, 210A; demum ex parte materiæ, juxta eos qui in angelis spiritualem ponunt materiam, 206 C'; sed personalitas nihil reale angelicæ addit essentiæ, 206A, nec fit per aliquid reale superadditum naturæ, 207A ; angelus enim unus est non per aliquid additum, 207B, sed per essentiæ indivisibilitatem, 207 D, et angelus hic ab angelo in genere non differt nisi sicut determinatum ab indeterminato, XX 408B. — *Cf.* Persona.

Tempus. Angeli, sicut quælibet creatura, ex se ad nihilum tendunt, XXI 513 D', quapropter non natura, sed gratia dicuntur immortales, 513 D, D', 514 C', 515D'. — Durationis autem eorum mensura a quantitatibus aliis specifice differt, XXI 132B'. — Quoad esse enim intransmutabiles sunt, sed quoad electiones, affectiones et operationes transmutantur, XXI 127D', et quoad motum ex futuro in præteritum transeunt, 145A'; ideo, quoad esse invariabile nullam habent mensurationem, 145D, seu potius mensurantur ævo, quoad affectiones et operationes variabiles, tempore, 128A, 129B', 131 A', B', 146D', 180C, quidquid dicat Scotus, 134B, D', 180A. — Et quia

nullam ad invicem habent causalitatem, unusquisque proprio gaudet ævo, XXI 141 D', nec ad alterius ævum mensuratur, juxta Henricum, nisi quoad dignitatem naturæ, *ibid.*, contradicente tamen Scoto, quia etsi æque invariabilem habeant omnes exsistentiam, nec possint sibi invicem esse mensura, 143 C, sunt tamen alii aliis simpliciores, 143 D, et sic possunt superiores ævum esse inferiorum, 143 A', et supremus ævum ceterorum, 143 B'. — *Cf.* Ævum.

Locus. Angelus ubique esse nequit, XXI 164 D, B', 167 A, quia determinatæ virtutis est, 164 D', 166 D, nec nusquam, XX 458 C', alias moveri non valeret, 459 C, necesse est ergo ut sit in loco, 450 C', determinato, 451 D', 452 A, XXI 171 B', et limitato, 167 C, quidquid dixerint aliqui, XX 450 C'; sed ab alio habet quod sit in loco, ab alio quod in determinato, ab alio quod in tanto, 454 B'. — Qua autem ratione ei competat esse in loco, XXI 170 A, C, 173 B; an secundum formam aut situm, XX 451 B, aut contactum, 451 C; an per substantiam, XXI 169 B', 170 C', 178 A, B, aut operationem, XX 451 C, XXI 171 D', 176 D', aut utrumque, 177 B'. Etsi habere nequeat potentiam continendi, juxta Alexandrum, XXI 164 B, esse limitatum habet quo hic est, 164 D, 166 A, et contineri potest, 164 A', et per duo, finitionem et limitationem, loco proportionatur, 167 C, et quamdam loci proprietatem participat, id est localitatem, 197 D, quia nempe finitus est essentia et virtute, XX 451 A, et in se ipso per propriam differentiam limitatus, XXI 202 B, et perfectionis suæ limitibus terminatus, 202 D. Vel, ut aliis placet, loco non indiget ad esse, XXI 349 A', nec ut ab aliis distinguatur, 125 A', sed ad ordinem universi, 165 D', 167 D', et ad propriam operationem, XX 451 C, XXI 156 A. — Non est igitur in loco univoce cum corpore, XX 451 C', quia non in loco conservante, ut corruptibilia, XXI 165 B', nec in mensurante, ut cœlestia, sed in continente, ut spiritualia, 165 C'. Nec est in loco naturali, XXI 168 B', qui compositionem cum alio præsupponit, 168 C', sed in loco mathematico, 168 B', quoad operationem circa corporalia, 169 D, et etiam per essentiam suam, 169 B', ob naturæ limitationem, 170 C, sic tamen ut essentia non sit ei ratio exsistendi in loco, 169 A, D'. Item non est in loco circumscriptive, XX 456 A, aut commensurative, ut corporalia, 454 A, nisi per accidens, XXI 176 D, sed præsentialiter, sicut Deus ubique, et anima in corpore, XX 452 B, XXI 167 A, et definitive, XX 450 D', 455 D, 457 C, 458 A, A', XXI 156 B, 176 B, totus in suo loco et totus in qualibet parte, 167 A. — Proprie ergo non est in loco, XXI 156 B, 168 B, quia locum non occupat, 167 D', sed in loco esse vere dicitur, nec tantum per effectum, XX 458 A', etiam non assumpto corpore, 455 A, quia ubi operatur, circumscribitur, XXI 168 C, et quamvis indifferens sit ad omnem locum, determinatur ad illum ubi nunc est, 164 D'. Ibi est igitur ubi operatur, XXI 164 B', 165 B, 166 B', 177 D, quia in eo applicatio virtutis fit per præsentiam substantiæ, 177 C; sed non opus est eum essentialiter esse ubicumque operatur, XX 452 B, XXI 165 B, angelus enim movens cœlum aut aliud, ei unitur ut motor dumtaxat, nec requiritur illum toti cœlo esse præsentem, 164 C'; item in empyreo exsistens præesse potest hominibus, quin eis localiter adsit, XX 452 D, XXI 163 B'. Dicitur quoque esse ubi vult, quia celerrime transferre se potest ubi vult, XXI 166 A', 168 C, et in ejus potestate est loco se applicare sine medio, XX 464 C'. An sit in spatio, XX 455 B', in loco indivisibili, 452 A, XXI 165 B, C, seu in puncto, XX 452 D', 455 D', 460 C, XXI 166 B', 169 A, 172 C', in loco æquali, 172 B', vel tanto, 172 D', quantumvis magno vel parvo, 167 A', 172 B'. An eumdem angelum possibile sit in pluribus locis simul esse, XX 451 D', 452 C, D, C', 454 A',

456A, XXI 164D', 173C', aut econverso plures simul in eodem loco, XX 453B, D, 456D, 457D, XXI 167B', 174A. Quomodo in eodem loco sint Deus et angelus, XX 453C', dæmon et anima in obsessorum corporibus, 453C', 456A', B'. — Angelis, non ad necessitatem, sed ad congruentiam deputatur cœlum empyreum, XX 452D, B', XXI 156C, 157B, in quo creati sunt et contemplationi vacant, 349B', vel superior aeris pars, juxta philosophos qui eis aeria tribuunt corpora, XXI 153A', 163B, A'; et quia in eis est extensio quædam, non materialis, sed virtutis et essentiæ, 178C', angelis superioribus majus deberi videtur spatium in cœlo, 178D'. — *Cf.* Locus.

Motus. Circa motum angelorum erraverunt multi, XX 468A, 470B, et multæ sunt opiniones, 467A', ita ut vix sint duo in hac quæstione concordantes, 467D'. — Juxta quosdam non moventur localiter nisi per accidens, in assumpto corpore, XXI 176D, et sic eis naturaliter non competit localiter moveri, quum nec corpus habeant sibi proprium, 176C', nec in corporibus quæ movent, includantur, *ibid*., sed per accidens dumtaxat moveri possunt, innovando influentias suas circa corpora et loca, 177A, B'. Sed communiter tenetur eos moveri, sive assumpto corpore sive non, XX 461A, et in quantum sunt substantiæ spirituales, 466B', sed aliter in assumpto corpore, aliter extra, 461A, XXI 176A, et hoc vel per accidens vel per se, XX 461B, XXI 452D. — Certum est igitur angelos moveri, XXI 174D, 179D', non ad indigentiam sui, 174A', aut creaturæ, 174B', sed pro nunc ad indigentiam nostram, 174D', quo motu præmium merentur accidentale, 174D'. Imo triplex eis assignatur motus : primus metaphoricus, secundum illuminationes in eos a Deo descendentes, XX 462D, qui iterum in circularem, rectum et obliquum dividitur, 462A'; secundus per tempus, secundum successionem cognitionum in mente angeli, 462C', qui a motu proprie sumpto differt in duobus, 462D'; tertius secundum locum, seu de loco in locum, 463A, 467D', 468B, per diversos diversorum locorum contactus, 463D, qui eis æquivoce convenit cum corporibus, 463B. — Angelis convenit motus per operationem, juxta Thomam, XX 463B, C, C', per essentiam et operationem, juxta Richardum, 469C, non secundum substantiam, sed per applicationem virtutis, juxta Henricum, XXI 177B; an sit continuus, XX 462D', 463B, C, XXI 179A, et per medium, XX 461C, 463A', D', 466D', 469D, D', 470B, XXI 175B, 177A, 178D, B', 180C', 551B, in tempore vel in instanti, XX 462A, 464C', 465D, D', 467B, 468D, 469B', 470B', XXI 180A. Citissime moventur, quia nullam in medio inveniunt resistentiam, XXI 174C'. — In motu angelorum non differunt proprie mobile et motor, XX 461B, id est angelus ipse et voluntas ejus, 466D'; quoad actus internos non moventur per locum et tempus, XXI 175B', D', quoad motus locales non mensurantur motu cœli, XX 465D, nec tempore, 466C'. — *Cf.* Motus.

Scientia. Triplici virtute præditi sunt angeli : cognitiva, operativa et imperativa, XXI 514B'. — Deiformem habent intellectum, XXI 112D', et species seu similitudines rerum a formis idealibus divinæ mentis extractas, 245A, 252B, 254B, sibi concreatas, 247D', 252A', et completas a principio, 248D', quibus intellectu simplici res cognoscunt, 113A, et quid sibi sit agendum et fugiendum, XIX 252B, ut tenet communis opinio, contra Udalricum, qui docet eos cognoscere per essentiam suam, XXI 246D', in qua, tanquam omnium rerum naturas virtualiter continente, 247A, omnia superiora et inferiora noscunt, 247B, reclamantibus Thoma, 248D, C', et Petro, 251B'; ideo a phantasmatibus non recipiunt species, 114A', nec illuminantur nisi a superiori, 114B', et cognitio eorum

quasi medium tenet inter cognitionem Dei et hominis, XIX 180B', quia in eis differunt esse et intelligere, *ibid.* — Per species ergo universales distincte cognoscunt quidquid sub hoc universali continetur, XIX 76D', sed speciebus libere utuntur, nec coguntur actu intelligere omnia quorum species habent, XXI 257C, 258D, D', 264D, 265C, contra Durandum, qui tenet angelos se et quæcumque a causis naturalibus dependent semper actu intelligere, 264D', 265D. Insuper, sicut inæqualis est naturalis eorum virtus, XXI 261A, ita et inæqualis eorum scientia, si non extensione, saltem claritate, 261C : superiores per universaliores formas cognoscunt, inferiores per formas magis particulares, 246D, 250D, quibus formis universalioribus superiores perfectius et plura cognoscunt, 250D', perfectius et plura possunt, 251A. — Demum, quum lux dicantur, XXI 286C', D', 297A, et quidem multipliciter, 295D', 296B, D, cognitio eorum recte dicitur dies, 297A', 298B', et quia in die distinguere est mane et vespere, sic et in angelica scientia, 297C, A', 298C, ita ut sit in eis cognitio matutina, qua scilicet in Verbo cognoscunt res, 296C, 297B, et Verbum ipsum, 298C, et vespertina, qua res cognoscunt in proprio genere, 297B, B', 298C', quæ ambæ in ipsis simul habentur, 297C, 300B, nec differunt nisi quantum ad modum cognoscendi, 297D, 299B, et cognitionis qualitatem, quia decoloratior est vespertina, 297D, clarior matutina, 298B. Quæ enim in Verbo cognoscunt, uno actu cognoscunt et indesinenter, XXI 263D, 264C, quæ per species, successive nec indesinenter, 263C, 264C, sed sine motu, 264A', contra Durandum contendentem eos uno actu intelligere quæ naturaliter norunt, 265B, alio actu quæ sibi revelantur, 265 B, D; quæ in Verbo vident, plura simul videre possunt, XX 462C', quæ per species norunt, plura simul non cognoscunt, 462D'. — *Cf.* Species.

An a principio cognitionem habuerint matutinam, XXI 295D', negant quidam, loquendo de proprie matutina, seu in Verbo, quæ ad statum Beatorum pertinere videtur, 296C, D', 299B', C', 530D, affirmant alii, loquendo de improprie matutina, seu per species a Verbo acceptas, 296C, 299B', 300D', 301B, quæ angelicæ naturæ videtur naturalis, 297D', 300A', D'. Sed omnes, juxta Parisiensem, in perfecta scientia creati sunt, id est omnium naturaliter scibilium, XXI 262A, A', ita ut nunc omnia sciant, præterita, præsentia et futura, 261D, usque ad numerum arenæ maris aut guttarum pluviæ, 261C', 262A', præsertim quum id jamdudum scire potuerunt et debuerunt sive revelatione sive experientia, 261B', 262A; verumtamen eorum scientia duobus limitata est, 262D. — Deum naturali virtute non cognoscunt per essentiam, XXI 266A, C, B', 268A', D', 269C, seu per speciem, 266C, nec per vestigia creaturæ, XIX 235D', aut ex notitia creaturarum, 236C, sed per aliquem ejus effectum effluentem in eorum intellectum, XXI 266C, B', XXII 252B', id est per similitudinem infusam aut acquisitam, XXI 283A', B', propriam naturam considerando, 266C', 267A, 268D, D', 283A', item, juxta Scotum, cognitione abstractiva distincta, 267B, per speciem innatam, 267C, A', contradicente Cartusiano, 271B', quia ipsis connaturale est cognoscere naturas quæ in materia non sunt, 268D. Deum ergo naturaliter cognoscunt per speculum, etsi non per ænigma, XXI 266D, visione media inter visionem viatorum et Beatorum, XXII 253A. An eum prius norint quam se ipsos, XXI 272B, 284A, aut certius, 284B. — Se ipsos per essentiam cognoscunt, XXI 253A, 257B, 259C', 266C', 268C, habitus proprios per ipsos, non per speciem, 253B, concives triplici modo, 255D', per effectum, 255A, in Verbo, 255D, et in proprio genere, 255D. A', per speciem acceptam a specie angeli,

quadam æqualitate a Deo processerunt, juxta alios, quodam gradu et ordine, XXI 136B', ut ex eorum varietate augeretur pulchritudo empyrei, 228A; in bonis igitur est ordo in naturalibus ab exordio institutus, 218D, et in gratuitis, proprio merito acquisitus, 229D, in malis ordo naturæ dumtaxat, 218A'. — Esse in angelis species suadet ratio, quia multum inter se differunt, XXI 218A, et alias minus jucunde viverent, 220B; sed quot species, incertum est, dicentibus aliis omnes unius et ejusdem esse speciei, 220C, 221D, quia omnes æqualis sunt essentiæ, 226D', et paris simplicitatis, 228B, differentes dignitatibus et officiis tantummodo, 221D, quorum opinio modici est vigoris, 228D, et ceteris debilior, 229A; aliis, tot esse species quot individua, 220D, C', 221A, quia nec in essentia nec in attributis sunt æquiparandi, 222C, sed inter se differunt quasi diversi gradus ejusdem naturæ, 222B', imo quia impossibile est incorporales ac per se subsistentes substantias sub una contineri specie, 220A', 221A, quum individuorum multiplicatio in specie veniat ex materia, 220D', quæ opinio præsumptuosa videtur, 220A, et a multis rejicitur, 223B, 224C', 225D, 226A', imo Parisiis damnata est, 225B', et deserenda, 226D, 229A; restat ergo tertia, tot esse species quot choros, quia universi ejusdem chori angeli ejusdem sunt speciei, 218C, 220D, 221C, etsi fortasse non ejusdem speciei specialissimæ, 229A, et hæc rationabilior videtur, 229A, magis Sanctorum dictis consona, 225C', et divinæ sapientiæ congrua, 229B'. — Item in angelis optime ponuntur hierarchiæ, XXI 474C, quia etsi omnes immediate videant divinam essentiam, mysteria gratiæ non nisi per revelationem norunt, 475B, quam alii aliter recipiunt, 475C, et in qualibet hierarchia tres chori, ad vitandam confusionem, 481A'. Ceterum eorum officia et distinctiones imperfectissime cognoscimus, XXI 482B, et quot sint in quolibet ordine personæ, penitus ignoramus, 482A, 488A. — Omnes ejusdem hierarchiæ angelos, æquales censet Parisiensis, XXI 497D', omnes ejusdem chori, putant alii, 508C, D, sed communius negatur, quia etsi omnes unius hierarchiæ quoad modum accipiendi illuminationes divinas conveniant, 507C', et omnes unius chori in actu ordinis sui, *ibid.*, non omnes æqualiter donum commune participant, 507D', nec omnes actum ordinis pari virtute exsequuntur, 496C, nec æquales sunt in naturalibus et gratuitis, 508A, B', in scientia, potentia et voluntatis perfectione, 508B, ita ut in toto cœlo non sint duo ejusdem celsitudinis, XXIV 481A'. — Post judicium remanebunt hierarchiæ, XXV 363C, et chori, saltem quoad dignitatem, 16D', nec omnis tolletur inter angelos prælatio, 363A'. — *Cf.* Chorus, Hierarchia.

Quum omnis hierarchica actio in transfusione scientiæ consistat, XXI 502C', actus hierarchici, etiam inter angelos, sunt purgatio, illuminatio et perfectio, quæ unum et idem sunt, 500A, C', scilicet remotio ignorantiæ, 499A', C', qua laborare possunt angeli, 499D', 503B, et assumptio scientiæ, 500C', 502D'. — Purgari ergo dicuntur angeli, non a culpa, XXI 499A', sed ab ignorantia, quæ est dissimilitudinis causa, 499B'. Licet enim omnes divinam videant essentiam, XXI 501A', non ideo in ea vident universos ejus effectus, 503B, XXV 382D, nec omnia sciunt quæ Deus cognoscit scientia visionis, sed alii plus, alii minus, 418C', et quamvis puram habeant notitiam de his quæ cognoscunt, non sequitur eos de ratione cujuslibet agendi habere notitiam, XXI 499D', nec omnes de his immediate illuminantur, 503D; idcirco superiores qui hæc melius norunt, 505B, inferioribus manifestare possunt, 503D, et manifestant quantum valent, 504D', 505B, XXV 418A; et quum inferiores ab ignorantia purgantur. XXI 500D', simul et illuminantur, 500D', et

perficiuntur, 501 A. — Similiter angeli infimi cum supremis ecclesiasticæ hierarchiæ connectuntur, XXI 155 B', quibus superiores sunt, 460 A', 481 D', 562 A, eosque purgant, illuminant et perficiunt, 482 A, 488 B. — Angeli enim speculi habent naturam in recipiendo, lucis in agendo, XXI 252 A, et sic formas intelligibiles ut specula recipere possunt, ut lumina imprimere, 255 A'. Quomodo illuminet angelus angelum, XXI 501 B', 503 A', 504 C, 505 C, 506 D, A', 528 C', aut hominem, 503 B', 505 C, 506 C, 525 A'; an et quatenus pateat eorum conscientia ad invicem, 531 B', 536 B, 538 A; an et quomodo loquantur ad invicem, XIX 430 C, XXI 530 A et seq., 531 A' et s. — Inter se intima conjuncti sunt amicitia, XXI 559 C', sed quia omnia Dei judicia perfecte non norunt, de his quandoque diversa sentiunt, 558 D', et inter se discordare videntur, 559 A, D, non quidem formaliter in ratione volitorum, sed materialiter in volito, 560 A, et sic dicuntur inter se pugnare, 559 A, ut olim angeli Persarum et Judæorum, 558 B et s. — *Cf.* Illuminatio, Locutio, Perfectio, Purgatio.

Conversio. Angeli in naturali perfectione et beatitudine facti sunt, XXI 284 D', qua et Deum per effectum aut quamdam similitudinem videbant, 283 A', et omni malo carebant, 283 D', et perfectam propriæ speciei operationem exercebant, 285 B, sed non in beatitudine et perfectione supernaturali, qua divinam viderint essentiam, 283 C', 285 C, et in bono fuerint confirmati, 284 A, D, C', et beatitudinem hanc boni angeli meruerunt, 283 C', 284 A', 285 A. — Item certum est eos in gratia gratis data creatos fuisse, XXI 287 C, 288 D', 290 C, 291 A, ita ut a principio fuerint sine vitio et innocentes, 287 C, D, 290 D; an autem in gratia sanctificante, variæ sunt sententiæ, negantibus quibusdam, quia ad gratiæ receptionem exigitur motus voluntatis, 289 A, D', XXII 267 D, et insuper nullus eorum corruere potuisset, XXI 286 A, quum naturæ angelicæ hæc sit dispositio ut ei quod amplectitur totaliter adhæreat, 287 B, 289 A, A', affirmantibus aliis, quia hoc magis videtur bonitati Dei congruens, 288 B', 289 D, 290 B', et Sanctorum dictis consonum, 286 D, 287 B', D', 288 B', 290 A, quibus consentit Cartusianus, 291 C. Idcirco vel, juxta quosdam, sine mora in natura et gratia simul conditi sunt, XXI 286 C, 287 C', 290 C, 296 A, æquali, 290 C, aut inæquali, 291 C, vel, juxta alios, interveniente mora, naturæ superaddita est gratia, 287 A, C, 290 C', 296 B, C', quam alii bene utendo natura meruerunt, alii minime, 291 A. — Omnes igitur creati sunt boni, XXI 238 A, sed bonitate non confirmata, 241 B', et inter creationem et confirmationem necessario fuit successio cum vel sine morula, 241 B', 242 B. — An tunc magis dilexerint Deum naturali dilectione quam se ipsos, negant quidam, vel quia licite potest quis naturaliter suam diligere conservationem, etiam supra Deum, XXI 272 C', vel quia uno et eodem naturali concupiscentiæ amore diligimus nos et quidquid diligimus, 275 A, 276 D', vel quia amare Deum super omnia est perfectissimus actus justitiæ, qui gratiæ adscribendus est, 274 C, 275 D', 278 B; affirmant vero alii, et melius, 277 B', 280 B', quoniam hoc requirit recta creaturæ dispositio, 275 B', 278 C', sive agatur de amore concupiscentiæ, 277 A', 278 A', 279 B, B', sive de amore amicitiæ, 275 B, 277 B', 278 B', quantum dari potest amicitia inter Deum et creaturam, 279 C'. Nec sic diligendo Deum se fruiti sunt, XXI 273 B', vel se sibi finem constituerunt, 273 C', nec simoniace egerunt, 274 B, aut inordinate, 275 C. An et quomodo se invicem dilexerint, superiores, æquales et inferiores, XXI 276 A', 278 C. — An fidem habuerint, et quamnam, XXIII 409 C' et s. — *Cf.* Conversio.

Angeli boni suam perseverantiam non præscierunt, nec naturaliter, XXI 292 A,

quia de possibilibus non habetur scientia, 292B, B', nec per revelationem, alioqui ante culpam fuisset in angelis distinctio, 292C'; similiter malorum casum non præscierunt nec ipsi mali, 292A, B', 293A, B', nec boni, 294C; sed omnes se ad beatitudinem vocatos scire poterant, 292B', et hujus habere fidem, 293B, C, et spem, 293A. — An, quomodo et quando suam meruerint beatitudinem non constat, XXI 339A', XXIII 322A, C, 329C', 330B, quia ex Scriptura nihil eruitur manifestum, XXI 334A; communis tamen est sententia, contra paucos, eos felicitatem meruisse, quia præmium præsupponit meritum, 332D', 334B', 335A, C, 340A', XXIII 334A', D'. Hanc vero meruerunt, non per obsequia hominibus præstita, XXI 333 B, quia hæc præstant jam in termino positi, 334B', 335A, et dato quod non fuisset homo, beatitudinem æque meruissent, 335B, insuper quia per talia non merentur nisi præmium accidentale, 338 C, 334D', sed per conversionem ad Deum in principio, 333A, ita quod in eis meritum præcessit præmium, sive natura et causa, ut tenent quidam, 333A, Thomas, 334C', Bonaventura, 335C, et alii, 336B, qui idcirco nullam ponunt moram inter angelorum creationem et confirmationem, 338B, sive etiam tempore, ut volunt Durandus, 335D, Scotus, 338D, Henricus, 339D', et quandoque Thomas, 336A', qui in his sibi contradicere videtur, 336D, et hi propterea dicunt necessario intercessisse moram, 338C, 340A, imo plures moras, 338D, quoniam angelos uniformes creatos in statu naturæ, deinde uniformes gratia donatos, oportuit demum merendo vel demerendo separari, 339A, 340A, B'. Sed quidquid sit de his, brevissimum eis constitutum est tempus ad merendum, XXI 372A', 375B, B', quo transacto statim præmium acceperunt, 372C', D'; et a quibusdam separati dicuntur prima die, quando divisit Deus lucem a tenebris, 333D', ab aliis secunda die, quum facta est separatio aquarum, 333B', quapropter secunda die specialiter honorantur ab Ecclesia, 287A, 333A', D'. — Ad hoc autem ut ad Deum converterentur meritorie, gratia indiguerunt gratum faciente, XXI 330D', 331C, B', D', 332C, D, non autem gratia gratis data, 330D, 332D, quia ex merito liberi arbitrii sufficienter se parare poterant ad receptionem gratiæ gratificantis, 330B', 331C, B', D', contra Albertum requirentem gratiam cooperantem, 332B. Ad conversionem igitur angelorum tria concurrerunt, liberum arbitrium, inchoando, XXI 331B, C, B', gratia gratificans, meritum tribuendo, 331B, D, B', gratia consummata, perficiendo, 331B, D, C', quæ tria simul fuisse videntur, 331D, B'. — Cur aliis stantibus, alii peccaverint, XXI 326B'. Quoniam steterunt multo plures, XXI 347C', in angelica natura malum ut in paucioribus invenitur, XX 500A'. — *Cf.* Dæmones.

Quoniam immobiliter apprehendit angelus per intellectum, non per discursum, voluntas ejus volito immobiliter hæret, XXI 376A, et se totam et immobiliter convertit ad quod semel se convertit, 112C', 116C, 337B', 339B', 373D, 374D, 376C, B', ideo post conversionem vel aversionem confirmatur in bono aut in malo, sicut homines post mortem, 375B. — Boni ergo in bono sunt confirmati, XXI 390B', tum quia in ipsis potentialitas tota ad actum redacta est, 390C', quidquid dicat Udalricus, 392B', 393B, tum quia eorum voluntas ultimo fini conjuncta est, 391D', 392C', tum quia ad beatitudinis rationem pertinet securitas, 391D. Nec peccare possunt, XXI 514A', 515B, non natura, sed gratia, 305C', non carentia liberi arbitrii, 391D, 393A' et s., 513C', quum intellectum habeant et voluntatem, 516C, sed quia Deum per speciem videntes, ad ipsum necessario afficiuntur, 391B, quum in ipso sit ratio totius boni, 391B', extra

citer, 521 A', et sic ordinati sunt, tam boni quam mali, ut ministerialiter cooperentur electorum saluti, 349 D. — Eos ergo ad homines mitti constat, XXI 520 C', sive a Deo sive a superioribus angelis, 519 D', sive bonos sive malos, 520 B, ad beneplacitum Dei et salutem electorum, 520 B', 526 B; qui autem mittantur, 520 C, 521 B, 526 A, et ad quæ mittantur, 520 B', 526 B, incertum est, 521 B, 523 A. An sic missi illius tantum doni exerceant actus a quo denominantur, XXI 526 C. — Eorum ministerio fiunt communiter propheticæ revelationes, XIX 62 A, 88 D, XXI 462 A, et nobis exhibentur divinæ illuminationes, XIX 574 A', quædam enim revelare possunt, sive de ordine voluntariorum, quæ acuitate ingenita perceperunt, XXI 409 D, sive de ordine mirabilium, quæ revelante Deo noverunt, 409 A'; item et apparitiones, XIX 574 B, 575 B, A', XXI 462 A et s., sed quoad exterius signum tantum, non quoad gratiam interiorem, XIX 574 A'; unde non ipsis sed personæ mittenti tribuuntur apparitiones, 574 C', D', 575 A, cujus sunt tantum vicarii, 575 D; sic apparentes vocantur nihilo minus Deus, XXI 462 D, D'. Quomodo appareant, secundum virtutem, an secundum substantialem præsentiam, XX 458 B; quomodo sic ut ab uno videantur, non ab altero, XXI 443 C'. De apparitionibus angelicis in formis sensibilibus, juxta Parisiensem, XXI 456 D', 457 D. — *Cf.* Apparitio, Missio.

Eis pariter competit potestas gubernandi et custodiendi homines, tum a natura, XXI 544 C', tum a gratia, 544 D'. Unicuique ergo viatori deputatus est angelus, XXI 547 A' et s., qui eum custodiat diligenter, 543 C', quoad corpus et animam, 544 D, 553 A, et insuper plures alii coadjutores, XXIV 481 B. — Angelus custos tam in partem superiorem quam inferiorem animæ agit, XXI 544 A', tam in cognitivam quam in affectivam, 544 B', sed non aufert libertatem, nec proinde universa impedit peccata, 543 C'; facit tamen quod in se est, 544 A, ne fallatur intentio Dei, 544 B. Cur visibiliter non appareat homini, XXI 545 D'. — Intra quæcumque corpora illabi possunt angeli, XXI 460 C, intra limites scilicet quantitatis, non essentiæ, 459 A'; sed animabus illabi nequeunt, 459 B', 460 A, 461 C, et eas ab extra movent, 459 B', illuminando intellectum, 460 A. Voluntatem directe movere non valent, XXI 409 C', 410 D, 459 A', sed in intellectum influere possunt, 410 A, B, D, 459 D, 463 C', et cogitationes bonas menti suggerere per modum immittentium, 410 D', 463 C', seu potius incentorum, 411 B, meatus intelligentiæ ab impedimentis liberando, 411 C, lumen suum applicando ad phantasmata, 412 D, 463 B', vel simpliciter species a Deo acceptas intellectui humano objiciendo, 411 B', 412 B', contra Thomam, 412 C. Item in sensus exteriores et interiores possunt species sensibiles et imaginarias imprimere, XXI 408 D, C', 409 D', 459 D, in hominibus vel in brutis, 408 D, propter naturæ excellentiam, 409 C, et sensus duplici modo immutare, 447 A, ultra modum naturalem, 408 C'. An et quomodo valeant affectum nostrum accendere, XXI 521 C', 525 D, et animam illuminare, 522 B; an in his falli et fallere possint, 408 D'. — *Cf.* Custodia, Illuminatio.

Fruendo Deo nihil merentur, XXIII 321 D, sed ministrando proficere possunt, non quoad præmium essentiale, XXI 334 B', 561 B, sed quoad accidentale, 333 C, 334 D', et scientiam, juxta quosdam, 562 C'; aureolam tamen nunquam merentur, XXV 442 B', 443 D'. — Non judicabunt cum Christo in fine sæculi, quia cum eo non conveniunt natura, XXV 363 A, nec proprie judicabuntur judicio discussionis, sed retributionis tantum, 364 D, quia de bonis per se procuratis augmentum accipient gaudii, 364 A', 365 D'. — Post judicium ab officiis cessabunt quæ ad viatorum utilitatem ordi-

intellectivæ, 136A. — An autem unica sit forma hominis, affirmant Albertus, XXII 135D', Thomas, 136B', et alii communiter, XXIII 363D, quia in indivisibili consistit cujuslibet substantiæ esse, XXII 136C, C', et unitatem formæ arguit unitas esse, 136 C, ac prædicationis, 136 D, ideoque adventum animæ rationalis præcedere in corpore dicunt formam quamdam e potentia materiæ eductam a generante, quæ adveniente anima destruitur, 136C', et discessum animæ subsequi aliam formam, quæ cadaveris accidentia renovat, 136C', aut conservat, 138B; negant vero Richardus, 136D', et Henricus, 138B', XXIII 363 D', asserentes cum anima rationali subsistere in corpore humano formam aliam substantialem incompletam, XXII 138 D, seu formam corporeitatis, 138 B', quæ a generante educitur de potentia materiæ, et cum corpore unum constituit compositum incompletum, quod est materia proxima ad receptionem animæ, 138D, non videtur enim cur educta esset, 137B, et quomodo destruatur, 137A, 139D, 140A, nec alias explicari valent accidentium perseverantia in cadavere, 137 D, et transsubstantiatio panis in corpus Christi, 138C', imo sequeretur quod filius non habet esse genitum a patre, 139C, quum nec anima nec materia generabiles sint, 138B', 139B. — *Cf.* Homo.

Animæ, licet spirituali, tribuitur locus, XXV 323C', saltem quoad statum et operationem, 326C. Minime enim simplex est instar puncti, XIX 409A', 412C, sed quanta seu extensa, saltem per accidens, juxta nonnullos, 412D', contra alios, 412B', 413B', D', 414A, et illi competit esse in loco, non circumscriptive, sed definitive, XXV 326B, ita quod ubi operatur, ibi esse censetur, XIX 412A', et illi major vel minor debetur locus, in quantum id circa quod operatur majus aut minus est, 412B'. — Realiter ergo et essentialiter continetur et manet in corpore, XIX 558B, A', non in corde tantum, ut dixerunt quidam, 408 C', 409D, A', nec dispersa per corpus, ut voluit Plato, XXII 136A, sed in toto corpore, XIX 408A', 409C', non mole, sed virtute, XXI 144C; et quidem, ut forma corporis, tota est in toto corpore et tota in qualibet parte, XIX 408B', 409A', XXII 135C', ob suam simplicitatem et spiritualem magnitudinem, XIX 412B, ut motor tota est in toto corpore, non autem tota in qualibet parte, 408B', sed hic et illic per suas potentias, 408 C', 409B', in diversis scilicet corporis partibus in quibus operationes exercet, XXII 135D'. Quantum igitur ad actum primum, qui est vivere, in toto est corpore, XX 457D', quantum ad actum secundum, qui est movere, essentialiter est in corde, *ibid.* — In corpore est non circumscriptive, sed definitive, in singulis partibus, non circumscriptive nec definitive, sed præsentialiter, XX 454D; et hoc verum est non de anima rationali tantum, sed de anima animalium perfectorum, XIX 410C. — Quotuplici modo conveniat ei esse in corpore, sive per præsentiam, XXIV 307B', sive per operationem, 307D'; quo sensu dicatur magis esse ubi amat quam ubi animat, XIX 556C, 558B, A'. — Cum corpore movetur per accidens, XXI 176B', sed quamdiu vivit homo, a corpore recedere nequit, XIX 558A, A'.

Anima separata. Animam esse a corpore separabilem, ita ut extra illud vivere et agere possit, sensere ipsi philosophi, XXII 149D', quum suppositum sit et subjectum in se perfectum, XXI 114C, et operationem propriam habeat a corpore separatam, XXII 150C. In morte igitur hominis non moritur, XXI 211B, XXIV 287A, nec ad unitatem cum aliis animabus redigitur, ut quidam dixerunt philosophi, XXI 210D', 211B. — Anima separata ab angelo differt quia unibilis remanet corpori, XXI 114C, nec tam proprie dicitur persona quam angelus, 117D; item non in eodem statu est quo

sensitivam in corde, quasi essent ab intellectiva separatæ, XXII 136A, in qua includuntur, 125C. Vegetativa tres vires naturales habet, generativam, nutritivam et augmentativam, et quartam per accidens, sanativam, XXIV 84C; sensitivam in eodem præcedit, XXII 107D, et in ea includitur, sed non econverso, XXI 473A, 474A. *Cf.* Sensus, Vegetativum. — Anima brutorum, seu sensitiva, substantia est simplex dependens a corpore, XXII 175C', et corruptibilis, 175B'; multiplicari nequit per divisionem, 184 A', nec per communicationem, 184C', nec per compositionem ex diversis elementorum formis, 184D', sed quia non est per se subsistens, sed pars subsistentis compositi, 183B, ex traduce esse potest, de materiæ potentia educta, mediantibus cœlestibus, 183C, 184D', 185A, vel virtute activa ex anima generantis derivata, 184C, vel, juxta Alexandrum, a seminalibus rationibus in principio materiæ inditis educitur, 174D'. Corporis sui forma est et motor, forma secundum essentiam, motor secundum potentias, XXII 107D, et ut forma præsupponit vegetativam, ut motor, corporis organizationem, *ibid.*, in semine enim non est actu, sed potentia, 183B', et quo magis perficiuntur organa, eo magis incipit esse in actu, 184A. In animalibus superioribus indivisibilis esse videtur, tota in toto corpore, et tota in qualibet parte, XXII 119C', in inferioribus autem extensa est et divisibilis, 119B', C', una actu, sed multiplex potentia, 183A'. In morte cum animale destruitur, sed a Deo eadem numero reparari potest, XXV 257B', ut non semel factum est, 257A'. *Cf.* Animal, Bruta. — Anima plantarum, seu vegetativa, unde veniat, XXII 174D'; imperfectissima est, 106D. *Cf.* Plantæ.

Animæ nobiles. Unicuique orbi assignaverunt philosophi animam propriam, XXII 68A, quæ non modo movet eum, 68B, sed dat ei esse, ut forma propria, 68C. Animæ istæ quæ nobiles dicuntur propter excellentiam, XXII 76D, vel idem sunt quod intelligentiæ, juxta quosdam, 76C, vel potius substantiæ distinctæ ab intelligentiis, 72 B', 75 B, 76D, 78 D, quum ab ipsis creatæ esse dicantur, XXI 62B', 64B', XXII 68B, et ad ipsas specialiter se convertere, 78C. A philosophis nonnunquam vocantur ministrantes angeli, XXI 523A'; quælibet cuidam luminari cœlesti adjungitur, 415 D', ut forma, 65B, et ad bonum universi sub Deo intendit, 237C, orbem suum movens ut communicet summo principio et ad generationem et conservationem inferiorum, 526B; creare autem non valent, 61D. — An orbibus assignari possit anima, ut forma, non videtur, quoniam non sunt capaces animæ vegetativæ et sensitivæ, XXII 68A', 69A, 70D', 72B, sed intellectualis dumtaxat, 69B, atqui talis anima corpori non est unibilis nisi ut motor, 69B, D, 72B, 76B', 78A, contra Aristotelem, 70D, et anima dici nequit nisi æquivoce, 69A', 70D, 74A. Insuper, quod addunt philosophi, animas nobiles intelligentiis se et cœlos suos assimilare studere, XXI 236B', et propter hoc continue revolvere suos orbes, *ibid.*, plane erroneum est, 236D', nullius enim creaturæ perfectio in unione ad aliam creaturam esse potest, 237A. — Quo sensu dicatur cœlum habere animam, XXII 74B, 78B'. — *Cf.* Cœlum, Intelligentiæ.

ANIMAL. Cur eodem die ac homo creata sint animalia, XXII 112A, et juxta genus suum, 112C. — Eorum animæ simplices sunt substantiæ, dependentes a corpore, XII 175C', et corruptibiles, 175B', corporis sui formæ et motrices, 107D, quæ ex traduce veniunt, juxta plerosque, de materiæ potentia eductæ mediantibus cœlestibus, 183 C, 184 D', vel virtute activa ex anima generantis derivata, 184 C, vel, juxta Alexandrum, e seminalibus rationibus in principio materiæ inditis, 174D'; et in superioribus ani-

rent dæmones, XXI 428C, 441C', ut angeli, formando scilicet sibi corpus ex aere, 441 B', 442D', vel ex aliis elementis, 447C', 453B; de variis apparitionibus per dæmones aut magos exhibitis, 428A et s., 429B' et s. — Similiter animæ separatæ apparere possunt, non ad libitum, XXV 324B, B', sed secundum dispositionem providentiæ, 324 D, C', nec tantum animæ glorificatæ, sed purgantes et damnatæ, XXIII 390 A, XXV 324A', etsi forsan non semper personaliter adsint ubi apparent, 324C', nec repugnet angelos interdum pro illis apparere, XXIII 390B; insuper eis non licet corpus assumere prius ab eis informatum, vel ab alia anima rationali aut brutali, XXV 462B'. Quid de apparitione Samuelis ad Saul, XXI 457B. — Tam angeli quam animæ separatæ sic apparentes, motores sunt tantum corporum suorum, non formæ, XXI 442D, 444D', 449B, 451A', XXV 462A', ideo in ipsis non habent operationes vitales, XXI 451 D', 452B', 455A, sive vitæ vegetativæ, 450D', sive sensitivæ, 450A, 451 B', sed eas tantum quæ pertinent ad motum, 451A, D', ideo nec vident nec audiunt per organa sensuum, 450B, 452C', nec loquuntur lingua, 450B', nec cibos sibi incorporant, 451A, 452B, 454B'; an dæmones in corporibus assumptis valeant generare, 452B, C', 453D et s. — Quid de apparitionibus viventium ad invicem, XXV 324D'. — *Cf.* Angelus, Dæmones.

Angelus in persona Dei vel Christi apparens adorari potest cultu duliæ aut latriæ, XXI 535D, sed cum cautela et distinctione, XXIII 192C', non enim penitus a peccato excusatur qui diabolum sub specie Christi adoraret, XXII 245D'. — Quid de apparitionibus sensibilibus Christi in hostia, XXIV 269B'; quæ sint species apparentes, 269 C'; an sumi possint aut distribui communicantibus, 270D, et quid tunc a celebrante faciendum, 270A'.

APPETITUS, ut vis animæ, hoc ab intellectu differt, quod in bonum tendit, intellectus in verum, XIX 357C', item quod in rem appetibilem inclinatur, intellectus res ad se trahit, XXII 280A, quapropter intellectus operatio quieti assimilatur, appetitus motui, 280B. Utra vis sit dignior, XXIII 473A. — Multiplex est appetitus, intellectualis, sensitivus et naturalis, XXII 286B, vel, ut ait Richardus, intellectualis, sensitivus interior, in quo sunt passiones, XXIII 290A', et sensitivus exterior, per omnes corporis partes diffusus, in quo est dolor, 290B'. Rationalis, qui proprie dicitur voluntas, XX 603A', est appetitus deliberatus, seu ex prævia cognitione conceptus, quo beatitudinem appetunt creaturæ rationales, XXI 103A'; naturalis, est habitudo et inclinatio ad propriam formam, qualis est etiam in brutis, XX 604A, quo universa bonum naturaliter appetunt, tanquam conservationis causam, XXI 103A'; sensitivus sequitur æstimativam, XXII 279A', sicut voluntas intellectum, 279D, et tendit ad ea quæ sensibus delectabilia sunt, aut corpori convenientia, 279B', 280C, a sensualitate non differt realiter, 280C, 281A, sed appetitus dicitur in quantum completus et rationi subditus, 279D', sensualitas in quantum incompletus et indeterminatus, *ibid.*, seu fomite infectus et irrationabiliter tendens in objectum, 280C'. — Appetitus sensitivus non una est simpliciter potentia, sed dividitur in irascibilem et concupiscibilem, XXII 279C', 567A', quæ in unum non reducuntur principium, quia sibi nonnunquam contrariantur, 280A', nec res apprehendunt sub ratione communi, 280C, concupiscibilis enim circa delectabilia versatur, irascibilis circa ardua, 280C, 567A', C', concupiscibilis consequitur convenientia, irascibilis contrariis reluctatur, 280A'. — Non nisi in appetitivis potentiis insunt inclinatio et motus, XXII 286B, unde dicuntur moventes, 308C'; an et quomodo in eis sint passio, XXIII 280D, B', tenta-

tur, 404A, D'; et vicissim, quo fortior est eo amplius movet, et sic fortis esse potest ut, absente re, æque moveat ac res ipsa, XXV 472D, 473D. — Quum viribus apprehensivis non competat motus, XXII 286B, an et quomodo in eis contingat esse passionem, 220C, D', tentationem, 220D, virtutem et peccatum, 285A', B', XXIII 527B. — *Cf.* Appetitus, Imaginatio, Intellectus.

Apprehensio immutationis corruptivæ aut conservativæ naturæ, radix est proxima omnium passionum pertinentium ad fugam aut insecutionem, XXV 470B, sed quia ad cognitivam virtutem pertinet, nulla apprehenditur immutatio nec proinde fit hujusmodi passio nisi in virtute cognitiva aut organo ejus, 470C; ad dolorem igitur requiruntur immutatio pariter et apprehensio, 471A, quia nec dolent inanimata, etsi immutentur, quia non apprehendunt, nec sensibilia, etsi apprehendant, nisi immutentur, 471B; in apprehensione autem duo considerantur, actus apprehensionis et perceptio ejus, quorum primum sequitur delectatio, secundum dolor, 471B, ideo apprehensio non est radix doloris nisi sub ratione perceptionis, 471C. An autem absque prævia immutatione organi sensibilis ita agere valeat apprehensio in vim sensibilem ut sequatur naturaliter dolor intensus, XXV 470D, non videtur possibile nec in hac vita, 470B, nec in futura, 470C'; ideo quidquid sentiant quidam, sola apprehensione nequit ignis ita in damnatos agere ut absque immutatione sensibili eos naturaliter cruciet, 470A'. *Cf.* Dolor, Ignis.

APPROPRIATIO. Appropriatum dicitur ad similitudinem proprii, XIX 437B', et dicit accessum ad proprium, XX 315D; in se rationem includit communis et proprii, 313A', et ad cognitionem ducit proprii, XIX 544D, B', XX 315A', in divinis a proprio differt, quia quod uni personæ appropriatur, nulli est proprium, XIX 437B', et proprium necessario præsupponit, XX 315C'. — Appropriatio causatur a re, sed completur ab intellectu, XX 315A', in divinis ergo convenientiam habet, et ex parte rei, quia quædam attributa magis habent similitudinem cum proprio unius personæ, 313B, et ex parte nostri, quia per appropriata ad quamdam pervenimus personarum cognitionem, 313D. Quamvis igitur attributa essentialia tribus sint personis communia, quædam uni personæ approprientur, XX 313C, 319B', ea scilicet quæ ex sua ratione similitudinem habent vel ad originem ejus, vel ad modum originis, 313A'. Et ideo appropriatum sic dicitur, non quasi personæ cui tribuitur, solum conveniat, XX 315D, tribus enim commune est, 321D', aut magis conveniat, in Trinitate enim non est magis aut minus, 315D, et in tribus æque perfecte est, 314D', sed quia rationes nominum magis inter se conveniunt, 315D, et majorem convenientiam habet cum proprio personæ cui tribuitur, 314B', C', 315A, et ducit ad intelligentiam notitiamque proprii personarum, 321D'. — Quomodo approprientur in divinis amor, XIX 437C', 439B, caritas, 439D, sapientia, 438A, potentia, bonitas, XX 313C, B', 318A', 320A', 322D, æternitas, pulchritudo, usus, 312A' et s., 320A, 322B, unitas, æqualitas, nexus, 316C et s., 318C, 320D, 322C', 323A, ratio principiandi, exemplandi et conservandi, 319C', 321C', 322C, ex quo, per quem, in quo, 318D', 319C, 320D', 322B', unum, verum, bonum, 321D'. — *Cf.* Attributa, Proprietas.

APULEIUS (Lucius), Madaurensis (II sæc.), Platonicus philosophus, XIX 116A, Deum omnium creatorem agnovit, 217D'; dæmones asserens compositos esse ex intellectuali substantia et corpore aerio, et esse aeris superioris ornamenta, XXI 441D', confutatur, 455D. Quosdam ait esse dæmones hominum custodes, XXI 551D', XXV 365A'. — Non semel allegatur, de Dei innominabilitate, XX 135A', de ma-

recipit, 99C', 100D. Quoad actus exteriores cogi potest, ita ut faciat aut patiatur quod non vult, XXII 306C', D', quoad actus interiores impediri quodammodo aut induci vi aut metu, 307A, ita ut a plenitudine voluntatis deficiat, 307 B, nullo autem modo cogi, 307B, A', ne a Deo quidem, 307C, D', saltem in his quæ sunt ad finem ultimum, seu beatitudinem, 307B', et majori bono minus præferre potest, 308A. Quomodo moveat se ipsum, XXII 333D, et moveatur a gratia, 332A', D', 333D, A'. — Illud autem esse naturaliter invertibile, seu non posse peccare, implicat nec a Deo fieri potest, XXII 249C, B', ideo vertibilitatem habet, non circa finem, quem necessario vult, XXI 396A', sed circa media et ea quæ non deordinant a fine, 396B', et dupliciter errare potest, malum eligendo sub specie boni, vel bonum indebito modo, 306C, non referendo ad debitum finem, 307A, et sic causa est peccati per accidens, seu per defectum, 316C; erraverunt ergo hæretici asserentes illud vel semper peccare vel nunquam, XXII 356 B'; verumtamen non repugnat illud per gratiam elevari et immobilitari in bono, ut in Beatis, XXI 396C', posse enim peccare non pertinet ad ejus integritatem, 390B', sed potius ad ejus infirmitatem, 396C, 515B'. — In eo triplex est libertas, a necessitate seu coactione, a peccato et a miseria, XXII 271B, B', et in libertate a coactione, quæ essentialis est, non augetur, nec minuitur per se, 275D, 311A, sed tantum in quantum est principium actus, 271 B', 275 A', nec amissibilis est, 311A, C, sed efficacius in uno quam in altero esse potest, 311A; quoad libertatem vero consilii et complaciti minui potest, imo et amitti, 311 B, C. Ejus libertas per prædestinationem non tollitur, XX 517C', 518C', 521C', sed in ea includitur, 519A, nec ab ea potest discordare, 519A. — *Cf.* Electio, Libertas.

Arbitrium nec brutis nec inanimatis inest, XXII 305B', sed rationalibus tantum substantiis, 277B, 278C, in quibus est electio et voluntas, 305D, 306D, et quæ possunt suis actibus finem imponere, 306C. — In Deo igitur est excellentissime, XXII 305B', etsi analogice tantum de Deo et creaturis prædicetur, 305D'; item in angelis, Beatis et damnatis, licet alio modo quam in viatoribus, 306A. — In angelis unam dumtaxat habuit vertibilitatem, de bono ad malum, in hominibus duplicem, de bono ad malum, et iterum de malo ad bonum, XXI 373B'. — In Beatis remanet, XXI 375C', et in damnatis, 370C, sed ligatum per immobilem habitum, 378B, ita ut nequeat ad actum transire, 383C; in utrisque idem manet secundum essentiam, 391D, et esse, 393B', C', seu quoad libertatem a servitute coactionis, 391D', 393C', sed quoad statum seu bene esse, in Beatis augetur, minuitur in damnatis, 393B', id est quoad libertatem a servitute culpæ et miseriæ, 391A', 393D'. In Beatis in hoc consistit quod sine coactione eligunt bonum quod volunt, XXI 515B', in damnatis, quod libere eligunt malum ex pertinacia voluntatis, *ibid.* — Hominibus merito datum est arbitrium, XXIV 46B', quia ad meritorie agendum requiritur, XX 546 D', et præstat eos Deo libere servire, 589C, A', 591C'. Sed in eis quadrupliciter considerari potest : ante peccatum, sub peccato, sub gratia, in gloria, XXII 309C'; in quibus statibus æque liberum est quoad libertatem a coactione seu necessitate, 309C', 310A, quæ ipsi essentialis est, 310A', non autem quoad libertatem a peccato, 309D', 310A, C. In statu innocentiæ absque gratia gratificante tentationibus resistere poterat, XXII 258A', 269A, et vitare peccata, 269D', 270A, auxiliante sola gratia gratis data, quæ Adæ collata fuerat, 269A, 270B, C; in statu autem peccati, ob vulnerationem naturæ non potest a se ipso nec omnibus tentationibus resistere, 268B', 269B, 270A, nec vere pœnitere

denter, 63C, supercertissime, 63A, B', adeo ut, secundum Richardum, si error est, error ille sit a Deo, 63C'; nemo igitur ab incredulitate potest rationabiliter excusari, 87A'. Quatenus augere vel minuere possint meritum fidei, XIX 66 B', 89D'. — *Cf.* Fides.

ARISTODEMUS, pontifex idolorum, per tunicam S. Joannis Apostoli mortuos suscitavit, XXIV 337B'. (In Legenda aurea, cap. IX.)

ARISTOTELES, Peripateticorum initiator (384-322 A. C.), philosophus « excellentissimus et ingeniosissimus », XIX 386 A', imo optimus philosophorum, juxta Hieronymum, XIX 276 B', et antonomastice Philosophus, XIX 38, 39 etc., grande fuit miraculum in natura, XXV 424B, cui quidquid naturaliter sciri potest videtur fuisse infusum, XIX 219C, adeo ut se dæmonem familiarem habere jactaret, XXI 304D', 403B : ideo nec faciliter ab eo recedendum est, XIX 276C', 386C, nec eum despicere videtur bene sonare, XX 579B'; verumtamen contra Scripturas non est audiendus, quum in multis deceptus fuerit, XXII 55B'. — Platonis discipulus, contra magistrum frequenter arguit, potius tamen contra verba quam contra mentem, XIX 386D'; et, juxta Scotum, quandoque ubi non est necesse verba multiplicat, et propositiones, ubi opus esset, tacet, XXV 424C'. — Ad amorem Dei suam philosophiam retulisse videtur, XIX 73 D, non nisi enim ad divinorum contemplationem materialium quæsivit scientiam, 38, 39, et ad scientiam supernorum, 84C', et multa de Deo docuit, 74 C, ex quibus suadetur dilectio Dei, 74D. Ad solidam ac subtilem Dei notitiam pervenit, de quo reverenter ac profunde disseruit, XXV 424A, omnipotentiam ejus prædicando, XX 579A', B', D', unitatem et simplicitatem, XIX 146C', 147 D', 217B'; Trinitatem autem non agnovit. 234B, quamvis obscura promat de ternario numero, 228A'. — Sed multipliciter erravit circa substantias separatas, quas ex se exsistentes credidit, XIX 382B, 385B, B', XXI 210D, infinitas virtute, XIX 382B, 383B, 386C, indefectibiles, XXI 304A', 305A, 415A, nec plures orbibus, XIX 86D, XXI 233B'. — Primus omnium contendit cœlum non esse de elementari natura, XXII 57A', de quo a Thoma laudatur, 57A', a Cartusiano vituperatur, 60C'; stellas omnes et planetas in orbibus suis fixos esse dicebat, nec moveri nisi motu orbium, 80D, motu circulari circa centrum mundi, 79B'; an reapse senserit cœlos anima intellectuali animari, 70D. Item an senserit cœlum esse a Deo causaliter, XIX 382B, 385B, B', 386A', XXI 210A, aut esse æternum, magna est quæstio, XXI 34, 69C', 70B, 78A; illud enim creatum esse videtur sensisse, quum omnibus a Deo derivatum esse dicat omne esse et vivere, XXI 72C, 210A', sed ab æterno fuisse creatum contendit, 71D, D', 80D, 82D et s., et cum eo tempus, motum, 82D, et homines, 77B, et sicut nunquam inceperunt, sic nunquam defectura in cœlestibus motum, XXV 388C, in terra generationes, 388C'; in quibus omnibus, et sibi contradicere convincitur, XXI 77C, B', 80D, et multum sui ipsius oblitus esse, 84C. — Quid pariter de anima rationali senserit, et de ejus singularitate in unoquoque homine, non constat, XXII 133C'. Nullibi enim asserit esse in homine formam quæ maneat, eo corrupto, XXII 132B', 133C, nec intellectualem animam esse formam corporis, 132B, D', 133D, nec unicuique homini esse proprium intellectum, 132B', nec animam humanam esse intellectivam, 133A; verumtamen alibi probat animam intellectivam a corpore esse separabilem, 149D', et immortalem, 150C. Unde circa divinam providentiam, mundi æternitatem, animæ immortalitatem et finalem in alia vita retributionem semper fluctuasse videtur, XIX 86D, XXII 132B, XXIII 466

A', XXV 259 A. — Perperam tenet non posse esse plures cœlos, XXI 209 C', nec alia posse Deum facere in rerum naturis quam quæ fecit, 210 A, nec ullam scientiam esse supernaturalem, XIX 86 A, et dæmonum insectationes non esse nisi morbos naturales, XXI 304 C'. — Quo sensu dixerit hominem esse suum intellectum, XXIII 369 A, et an vere passiones quasdam in parte sensitiva collocet, 530 A, B. — Non semel defenditur contra impugnationes Henrici, XXI 210 D, XXII 133 C', XXIV 287 A', et Parisiensis, XXI 211 A; sed ipse sæpius refellitur, XXI 83 B', 208 D', 209 A', D', 225 A', etc. — *Cf.* Peripatetici.

ARIUS, Alexandrinus presbyter et « reprobissimus » hæresiarcha (280-336), pluralitatem personarum in Trinitate negans, XIX 200 A, 421 C', Filium a Patre creatum esse contendit, et Spiritum a Filio, 200 C, 295 C; quapropter æternam Verbi generationem conatus est evertere, 428 B, et ejusdem cum Patre consubstantialitatem, XX 271 C. Verbum itaque non nisi metaphorice ponebat in divinis, XX 249 D, et Christum puram esse creaturam ait, XXIII 114 C, Patre minorem, 212 B, qui corpus humanum dumtaxat, sine anima, assumpserat, 78 D'. — Contra quem quatuor statuit Ecclesia : divinæ essentiæ unitatem, simplicitatem, similitudinem, et indivisam virtutem, XX 184 A'. — Doctrinam suam e dogmatibus Platonicorum videtur hausisse, XIX 233 D'.

Ariani hæretici Patrem Filio majorem putabant, XIX 580 A', Verbum contendebant a Patre genitum voluntate, 326 B', nec æternum, 420 B, et Spiritum Sanctum prius a Patre procedere quam a Filio, 479 C, 483 D'.

ARMENI. Apud eos sacer ordo matrimonium contrahendum impedit, non matrimonii contracti usum, XXV 157 A', 158 D.

ARREPTICII. Sic dicuntur obsessi intrinsecus a dæmonibus, XXI 461 D, et qui expedito rationis usu privantur, 461 A'.

ARS non est proprie virtus, quia hominem errare non impedit, XXIII 528 B, dicitur tamen virtus intellectualis, 528 C; principium est factivum cum ratione omnium de quibus est ars, XXI 48 C. — Super ens in actu operatur, et præsupponit opus naturæ, XXI 423 C, quia artificialium materia est a natura, et in esse conservantur virtute naturalium, 100 B; naturam ergo anticipare nequit, 423 C, sed imitatur eam, XIX 328 D', et defectum ejus supplet, XXV 207 C. In artificiatis quid scientiæ, quid voluntati sit tribuendum, XX 477 A'. — Artis operatio a naturæ operatione deficit, quia accidentalem tantum dat formam, XXIV 111 D', nec substantialem inducere potest nisi adjuvante natura, 281 A. Artifex non est causa artificiatorum secundum esse, sed secundum fieri solum, juxta Thomam, XXI 98 D', contradicente Cartusiano, 100 C ; simile sibi producit secundum exemplar dumtaxat, XX 413 D, nec aliquid impertitur passo, ideo formas naturales propria virtute producere nequit, XXI 423 A'. Variis modis ad artem suam comparatur, XX 252 D. — Artificiales formæ semper accidentales sunt, XXII 532 C', et propriam ideam non habent in Deo, secundum Henricum, XX 407 A', quia non nisi relationis rationem habent, 407 B', renitente Cartusiano, 409 B'. — *Cf.* Natura.

Omnia in Deo sunt sicut artificialia in mente artificis, XX 395 D', et ab eo procedunt sicut artificiata ab artifice, XXII 169 D', sed in his differt artificis operatio ab operatione Dei, quod artifex materiam non producit, nec ei dat potentiam recipiendi formas, 170 A, et item quod artificiales formæ similes sibi producere nequeunt, 170 B. — Ars divina, licet una, universa concludit, XXI 63 C', quia oppositorum est ars una, 48 C. Quid per eam intellexerint philosophi, XX 250 A. — An et quomodo Filius a Patre procedere dicatur per modum artis, XIX 329

competebat, tum propter ipsum, tum propter nos, XXIII 390 D'. — Sine auxilio angelorum ascendit, XXIII 391 A', C', propria virtute, non modo divina, sed animæ glorificatæ, 392 C', motu locali, 391 A, naturali, 391 D, et successivo, non in instanti, 391 D', 393 B, quamvis potuerit in instanti, 392 B, 393 B'. — Non supra cœlos, etsi potuerit, ascendit, XXIII 392 B', 394 C', sed ad summum cœlum, 392 A, 393 B, id est ad summum cœli empyrei, 393 D, 394 A, supra omnem creaturam, 392 D', quoad locum simul et dignitatem, 393 C; in qua ascensione non proprie augmentum gaudii accepit, sed novum gaudendi modum, 391 B, et gloriæ complementum, 391 C. — Cur ad quadragesimum diem dilata sit ascensio, XXIII 391 D'; quomodo causa sit nostræ salutis, 392 D'. — Secundum divinam naturam mystice descendit et ascendit Verbum, XXIII 391 A, 393 D', 394 D', imo solus descendisse et ascendisse perhibetur, 394 B', D'.

ASSUMPTIO quo differat ab unione, XXIII 65 A', et incarnatione, 65 B'. — Assumere tripliciter dicitur, et quoad aliqua tribui potest naturæ vel personæ, XXIII 128 B, sed in proprio sensu actus est personalis, qui non competit naturæ, 128 B, C. — An persona creata, sive angelica sive humana, aliam assumere possit, XXIII 86 D, negatur communiter, quia sibi limitata est et appropriata, 85 A', C', contra Scotum, 87 A; an autem implicet eam sic assumere, incertum est, 87 A'. — An decuerit Filium Dei humanam naturam assumere passibilem passionibusque subjectam, XXIII 275 B, 277 D, B', 278 D, et quos defectus assumpserit, 276 A', B', 277 B', 278 A, 279 A. — De potentia absoluta omnis natura creata assumptibilis fuit a Verbo, XXIII 70 D, etiam irrationalis, 71 C, 72 C, 73 D', 76 C', quum reapse divinitas corpori Christi mortui unita permanserit, 71 D', 72 C'; sed de potentia ordinata, nec pure spiritualis, seu angelica, assumi potuit, quia personalitate exui nequit, 68 B', 69 C, B', 70 A', et singulariter creata est, 69 A, singulariter quoque peccavit, 68 C', nec remissibilem habet culpam, 69 C', 70 B', contradicente tamen Cartusiano, 70 B'; item nec pure corporalis, propter indignitatem, 69 B', 70 A', B', 72 D, et quia beatitudinis incapax est, 71 A', C', imo eam quacumque potentia assumptibilem esse negant Cartusianus, tanquam indignam, 74 B', et Henricus, tanquam fruitionis incapacem, 74 A, quia implicare videtur naturam quamdam a Deo assumi sine fruitione, 73 B', 75 D', 76 C'. — Assumpta est ergo humana, tum propter dignitatem, tum propter necessitatem, XXIII 69 A', et item quia per generationem propagatur, 70 B, et commune quid habet cum omni creatura, *ibid.* In ea autem non decuit assumi ipsum Adam, ob indignitatem personæ, XXIII 222 C, sed aliquem de stirpe Adæ, 221 D', ut inde fieret satisfactio unde venerat offensa, 222 A. An potuerit Verbum assumere universum, XXIII 73 A, vel naturam humanam in omnibus suis suppositis, 73 B, vel naturam abstractam, *ibid.*; an assumpserit hominem, vel hominem istum, vel humanitatem, 143 C'. — In Christo, quia vere fuit homo, assumpsit Verbum essentialia hominis, XXIII 78 A', scilicet carnem et animam, 77 A', corpus verum, 78 A', non phantasticum nec cœleste, 78 B', 106 B, animam veram, 78 D', rationalem, 79 A, et corpori vere unitam, 79 B, sed carnem mediante anima, animam mediante spiritu, 78 A, 79 B', 80 A, 81 D, 361 A, et quadam gratia, 78 B, 80 A', 81 D', 82 D, A', C', 83 B, et totum mediantibus partibus, 80 C, non tamen successive, sed simul, 77 C', 83 C, in singularitate non naturæ, sed subsistentis in natura, 80 D. Et quum in hypostasi facta fuerit assumptio, XXIII 84 C, antequam assumeretur natura, nec caro concipi, nec anima creari, nec homo partibus suis constitui potuit, 84 D, et hæc quatuor in instanti accidere necesse fuit, conceptionem carnis, ani-

pugnæ est aureola martyrum, deinde virginum, 443 C, ex parte eorum de quibus est pugna, aureola doctorum, 443 D, sed quia essentialius desumitur eminentia ex parte pugnæ, *ibid.*, simpliciter dignior est aureola martyrum, 443 A'. Ceterum unaquæque excellentius in uno quam in alio esse potest, XXV 443 B', et extenditur vel remittitur pro qualitate operis, *ibid.* — Aureola præcipue est in mente, XXV 442 C', sed per redundantiam fulgere potest in corpore, 442 D', 444 B', et dicitur coronæ superposita, ut diademati sertum floridum, 445 B. — Christo non competit habere aureolam, quæ aliquid participatum designat, XXV 442 D, et item quia gloriæ ejus quidquam notabile addere nequit, 442 B', nec principi, sed militibus dari solet, 443 D'; nec pariter angelis, quia absque difficultate operantur quæ aureolam merentur, 442 B', 443 D'; sed B. Virgini pro virginitate recte dabitur, quia etsi pugnam non senserit ab intra, 440 D', sensit ab extra, 441 A. Similiter his non datur qui solo desiderio martyres sunt, XXV 441 C', quoniam actui confertur, non meræ voluntati, 441 C', 445 A, nec viduis, quia plenam non habuerunt victoriam, 440 A, C', nec virginibus data esset in statu innocentiæ, ubi virginitas non erat virtus, 441 B; sed non denegatur eunuchis et frigidis, si continendi propositum habuerint, 441 C, nec virginibus per vim stupratis, 441 B, etiamsi inde conceperint, 441 C. — Quomodo ab aurea differat, et a fructu, XXV 447 A, B, C.

AUREOLUS (Petrus), P. Auriol vel Oriol, alias de Verberia, Ord. Min. theologus et Aquensis archiepiscopus, Doctor facundus (1280-1322), multis argumentis probat mundum ab æterno non potuisse creari, XXI 85 D'.

AURIS. Prurigo aurium figurat curiositatem, XIX 55 D', quare, 56 A.

AURORA. In aurora creditur factus esse mundus, sole exsistente in oriente et luna in occidente, XXV 251 B', item resurrexisse Christus, et eventura generalis resurrectio mortuorum, *ibid.*

AUX. Sic dicitur statio planetarum, quum maxime distant a terra, XXII 82 B', in auge enim elevatur planeta, in opposito augis deprimitur, 83 B. In spatio centum annorum movetur, XXI 92 A'. — Quomodo in successione augis et oppositi ejus vitetur vacuum aut scissio cœli, XXII 66 A'.

AVARITIA quomodo definiatur, XXI 387 C. Tripliciter sumitur, generalissime, pro concupiscentia, et sic non est peccatum, sed radix peccati, XXII 568 A, generaliter, pro amore cujuscumque boni proprii, XXI 312 C, non modo pecuniæ, sed altitudinis et scientiæ, 320 A', et sic est generale peccatum, XXII 568 C, idem ac superbia generaliter dicta, XXI 312 D, specialiter, pro nimio amore pecuniæ, 312 A', C', et sic est peccatum speciale, XXII 568 B. Triplici etiam modo dici potest radix omnium malorum, XXI 312 A', B', 320 D', XXII 568 C, C', et item quia mentem maxime obnubilat, XXI 387 C, et ex ea frequentius generantur peccata quam ex aliis capitalibus, XXII 568 D. — Ad appetitum concupiscibilem pertinet, XXII 567 B'. — Quomodo ex avaritia cecidisse dicatur diabolus, XXI 312 C', 320 C'. — *Cf.* Cupiditas.

AVEMPOTE, alias Avempace (Abu Bekr Mohammed Ibn-Badja), Hispano-Arabs medicus, Cæsaraugustanus († 1138), et Peripateticus philosophus, XIX 116 A, perperam docet intellectum possibilem esse vim imaginativam, XXII 127 A, et substantias separatas per omnem intelligibilis quidditatis abstractionem in hac vita videri posse, XXV 414 D'.

AVERROES (Abu Walid Mohammed Ibn-Roschd), Hispano-Arabs medicus, Cordubensis (1126-1198), Peripateticus philosophus, XX 604 D', et præcipuus Aristotelis commentator, XXI 72 C, propter quod antonomastice dicitur Commentator, XIX 147 D, 159 C', D', etc., « sceleratissimus, impius », XX 385 B', et « reprobus » auctor, XIX 186 C, qui legi

B

requirit necessario, nisi in adultis, 506A; simpliciter dignius est Confirmatione, 186B, etsi secundum quid inferius, 185 C', 186C. — In Lege per decimas præfiguratus est, XXIV 82D', et per circumcisionem, 67C, sed in pluribus præstat circumcisioni, 67A', 69A', 72B, et duabus de causis illi suffectus est, 104B; etsi enim ante Passionem institutus sit, initio prædicationis Christi, 86C', 110D, majoris est efficaciæ quam sacramenta V. L., quia ex Passione accepit virtutem, 89D, et quodammodo confirmatus est per aquam exeuntem de latere Domini, 89C', 110A'. — Quia homini spirituale dat esse, XXIV 102A, 104C, merito dicitur principium spiritualis vitæ, 102B, regeneratio, qua scilicet homines fiunt filii Dei, 102C, prima tabula post naufragium, 362B', 364B, janua sacramentorum, 101A', 123A, 192B', quæ non nisi baptizatis conferri possunt, 101B', 193B', illuminatio, quia ad inspectionem sacramentorum olim admittebantur baptizati, 102C, et ad cœlestium contemplationem introducit, 101C, C'. — *Cf.* Circumcisio.

Baptismi essentia. In Baptismo tria sunt: sacramentum tantum, id est aqua, XXIV 100C', 103D, seu potius aquæ ablutio, 100D', 102A', 103A', quæ interioris ablutionis signum est et causa, 103A, res tantum, id est gratia sacramentalis, 100C', 125D, aut largiori sensu, character, 125D, sacramentum et res, id est character, 100C'. — Essentialiter in ablutione aquæ consistit, juxta Thomam, XXIV 100D', in charactere, secundum Albertum, 128A', non in sola ablutione, juxta Antisiodorensem, nec in solo charactere, 104D', sed in utroque simul, 105A. Et manet quantum ad characterem, transire potest quoad alia, XXIV 100C', 105B.

Materia. Ad Baptismum tria requiruntur, materia seu aqua, forma verborum et intentio, XXIV 105A', 591A. — In aquæ elemento merito institutus est, XXIV 41D', ob multas hujus proprietates, 110B, D', 111A, 112C, 113D, et in qualibet aqua naturali valide confertur, 111B', frigida aut calida, 114C', etiam aliis substantiis immixta, dummodo remaneant aquæ species, 111C, C', 112C', et densitas, 111D. — Quid de Baptismo in lixivio, XXIV 111A', 112B, C', brodio aut cervisia, 112C', in aqua paludis, 111C', aut ex luto expressa, 112B, in aqua rosacea, 112B, D, 113B, aut artificiali, 112A', C', 113B; an et quomodo aqua dubia adhiberi possit, 113C. — Quid ad animæ sanctificationem conferat aqua Baptismatis, XXIV 116B. — *Cf.* Aqua.

Forma. Baptismi forma a Christo discipulis tradita est, XXIV 106A', ideo nulli fas est eam mutare, 106B'; verumtamen alia fuit in primitiva Ecclesia, 106A, alia est apud Græcos, 107A, et Latinos, 105B', 106D. Cur in ea fiat invocatio Trinitatis, XXIV 110B'. — An de formæ essentia sint verba, Ego baptizo te, XXIV 105B', 106C', vel pronomen, Ego, 108A', 109A', B', vel pronomen, Te, 106D', 108A', vel invocatio Trinitatis, 106C'. — Quid de Baptismo cum forma truncata, XXIV 106C, 108C, vel aucta, 106B, 108B', vel interrupta, 109B, vel cum distractione prolata, 105D', vel cum verbis corruptis, 106C, 108A, aut transpositis, 109A, vel cum forma, Nos baptizamus te, 107D, A', 162C', D', vel Ego baptizo vos, 107B', vel In nomine Trinitatis, 107A', D', aut In nomine Genitoris, Geniti et Procedentis, 107D, D', aut In nomine Christi, 107C', 109C'. — Etsi forma Græcorum non sit aperte invalida, XXIV 107B, eam usurpare Latinis non licet, 107C. — *Cf.* Græci.

Ritus. Varii sunt baptizandi modi, XXIV 114A', et valet Baptismus sive per effusionem, sive per immersionem, sive per adspersionem collatus, 114D', sive per unicam, sive per trinam immersionem, 114B; sed rationabilior videtur consuetudo Romanæ Ecclesiæ, quæ ter

immergit, 114 B, 115 A, in honorem S. Trinitatis, 110C', 114C, vel triduanæ sepulturæ Christi, 114D, et ubi viget, servanda est sub gravi, 115B, etsi non sit de necessitate sacramenti, 115 B; ceterum, ut ait Richardus, propriæ servanda est consuetudo Ecclesiæ, sive quoad modum, 115C, sive quoad numerum immersionum, 115 B'. Etsi autem multiplices sint immersiones, unum est sacramentum, XXIV 591 B. — Ritus Baptismi describitur, XXIV 115C', 168D, XXV 209B et s. Cur præmittatur catechismus, XXIV 165 D, 166C, et exorcismus, 165A, 166D, 167C; cur ungatur baptizandus in pectore, inter scapulas, 165D', 166C', et in capite, 166A, C'; quid significent ministri exsufflatio, saliva, 165C', et manuum impositio, 166A'. — In capite, quantum fieri potest, conferendus est Baptismus, XXIV 115 D, 155B', aut, impedito capite, in pectore, 115A'; sed qui, urgente necessitate, in manu aut pede baptizati essent, non oportet denuo baptizari, juxta nonnullos, 115A', contra alios, 115B', 155C'. — Non licet infantem in flumen projicere, ut baptizetur, XXIV 156B; imo sic projectus non videtur baptizatus, nisi forsan Baptismo flaminis aut sanguinis, 156B, C', sicut nec baptizatus censetur qui corio involutus in aquas immergeretur, nisi aliquo modo aqua tangatur, 156B. — Quocumque tempore valide confertur Baptismus, XXIV 164 A, sed solenniter ministrari solet sabbato ante Pascha, quia ex passione Domini efficaciam habet, 164A, 165A', et sabbato ante Pentecosten, quia a virtute Spiritus Sancti vim accipit, 164A, 165B'. — *Cf.* Immersio.

Minister. Baptismus animam non modo purgat, sed illuminat, XXIV 142B', ideo non diaconis committitur, 142D, nec proprie episcopis, 144B, sed sacerdotibus, 142B, 144 A'; sed quum maximæ necessitatis sit sacramentum, 142B, oportuit illud, sicut ex omni aqua, sic ab omni ministro valide conferri, 142C; duplicem igitur habet ministrum, alterum ordinarium, id est sacerdotem, 143 A, 477B, alterum necessitatis, qui est quilibet, 142C, D', 144A', quantumvis malus, 142 D', hæreticus, 141 A', vel etiam non baptizatus, 142B, C', 144D, aut ebrius, 146D', dummodo intentionem habeant, 147A, et debitis forma et materia utantur, 141 B', 144 D, B'. — Et quia in Baptismo operantur principaliter omnipotentia Dei et meritum Christi, XXIV 143 A, et minister est agens tantum instrumentale, non refert ad sacramentum utrum minister sit bonus an non, 143B, nec magis a bono quam a malo collatus confert, *ibid.*, sanctificationem enim non requirit nisi in materia, et in hac tota est vis sacramenti, 505B', 507 D'. — An et quomodo peccet baptizans in mortali, XXIV 143D, 146B', vel non sacerdos, extra casum necessitatis ministrans, 142C; an liceat a malo sacerdote sacramentum petere, 143 A', vel qui baptizare non vult nisi pro pecunia, XXV 46D'; an fas sit pro Baptismo pretium solvere, XXIV 143C', vel aquam emere, 143D'. — An dæmonibus vel angelis sanctis committi possit officium baptizandi, XXIV 150B.

In baptizante requiritur intentio, XXIV 157D', 159 D', 160 C, et quidem ita ut deficiente ipsa non conferatur sacramentum, juxta quosdam, 158D, 159B, D, contra alios, 159C, A'; sed tunc supplere creditur in baptizandis fides quoad adultos, misericordia Dei quoad parvulos, 158C, 159B, D; sufficit autem intentio conficiendi sacramentum, nec requiritur intentio conferendi gratiam, 158 A', C', 159 D'; an etiam requiratur fides, 157 A', D', vel attentio, 159B', 160C.

Subjectum. Baptismus omnibus necessarius est de necessitate salutis, XXIV 469B', ideo parvulis quam cito conferendus est, 132C, nec exspectanda est ætas rationis, 132 B'; adulti tamen non tenentur illum recipere statim ac propositum habuerunt, nec peccare mortaliter

non sunt peccata, 295A'. — Primario autem et directe peccatum tollit, indirecte pœnam peccati, XXIV 67A'. — Et quia personam purgat, non naturam, XXII 425D, 426C, 430D', originalem justitiam non restituit, 423C, sed debitum eam habendi remittit, 423C, 424C', et sacramentalem gratiam confert ipsa originali justitia efficaciorem, 423D, B', 427A, quia per hanc non modo stare, sed proficere valemus, 423A'. Nec pariter immortalitatem reddit, et impassibilitatem, quæ naturæ conditionem sequuntur, XXII 426D, B', nec carnis fœditatem tollit, nisi quoad personam, 429D', non autem quoad ex ea generatos, 430A, unde ex baptizatis parentibus nascuntur filii peccato infecti, 377B', 385B', 386C.

Gratiam confert, non ex se, sed instrumentaliter, XXIV 506B, sicut instrumentaliter agit ad remissionem culpæ, 127D, 143D, 506C, et triplicem gratiam confert, regenerantem, 123D', rectificantem et purificantem, 124A. — Accedenti in gratia, non dat novam gratiam, XXIV 194B, sed habitam auget, 126D', 506D', et totam pœnam aufert, 506D'; parvulos justificat merito passionis Christi, et mediante fide Ecclesiæ, 124D'. In adultis insuper virtutes auget, XXIV 126D, in pueris infundit, 126A, A', non modo in radice, id est gratia, 126B', sed in habitu, 126C', saltem implicito, 126C; animam illuminat intus et foris, 127A, fecundat, 127B, disponit ad fidem, 82D, Christo assimilat, 127A', et incorporat, 127B, et januam cœli aperit, 127C. — Demum, præter donum gratiæ gratificantis, aliud præbet gratiæ gratis datæ, quod dicitur character, XXIV 170A, 171D, 176C', 527B, et est signum seu qualitas quæ baptizatos a non renatis distinguit, 170C, 173A', 175C', 176D, 177D, 178A, Deo assimilat, 177B, D', et ad societatem fidelium adscribit, eis præbens jus ad participationem sacramentorum, 512A', vel alias habitus seu potentia qua ad actiones hierarchicas admittuntur, sacramenta recipiendo vel ministrando, 172C, 175D, 177C; nullus enim nisi baptizatus sacramenti alicujus capax est, XXV 16A, ita ut qui se putans baptizatum ordinaretur, postea baptizandus esset et denuo ordinandus, 16B; qui character indelebilis est, XXIV 174D, 176B', 178A'.

Principalis ergo Baptismi effectus est ablutio interior, secundarius characteris impressio, XXV 9D, et hos producit ubicumque non obstat peccatum mortale, XXIV 334D', scilicet in parvulis, qui obicem non ponunt, 141C', et etiam in adultis non dispositis, qui si non gratiam, saltem characterem recipiunt, *ibid.* — Quoad culpæ remissionem, in omnibus æqualem effectum habet, XXIV 130C', 131B', D', quamvis in adultis per accidens plus deleat, 131B', D', item quoad remissionem pœnæ originali debitæ, seu carentiæ visionis divinæ, 130C', 131D', item quoad characteris impressionem, 131A', non autem quoad remissionem fomitis, 130D', 131B', nec quoad infusionem gratiæ, saltem in adultis, quia pro recipientis dispositione infunditur, 130D, 131B', 132A, etsi parvulis de lege communi æqualiter detur, 131A, B', nec quoad aliquos sacramenti mirabiles effectus, 131D. — *Cf.* Character.

In Baptismo accidere potest fictio multiplex, XXIV 127D', sive ex parte ministrantis sacramentum, sive ex parte recipientis, 128A, D', et obicem ponit operationi Spiritus Sancti, 128C, ita ut semper excludat gratiæ infusionem, 128B, C', 129C', non autem semper characteris impressionem, 128A, B, B', qui cum peccato mortali potest stare, 128D. Fictione autem remota, si character impressus est, gratia confertur per sacramentum, sed non delet peccata post Baptismum commissa, XXIV 128A'. — Quid de baptizatis a pluribus simul, XXIV 162B', C', 163A', vel a duobus, quorum alter formam proferret, alter immerge-

status omnium bonorum aggregatione perfectus, 401 A.

Optima est operatio optimæ virtutis ac supremæ potentiæ, XXI 283D, D', XXII 509D', XXV 393A', 396D; sed cujus potentiæ, difficilis est quæstio, 401 D, circa quam diversæ sunt opiniones, 401B'. Eam quippe in actu intellectus et quidem intellectus speculativi formaliter consistere, XIX 114 D', XXIII 402 C', XXV 395A, tenent Thomas, 394B', 396 C, 403 B et s., et Cartusianus, 402 B, nec in voluntate, nisi objectaliter, 393 D', quia conjunctionem per affectum præcedere debet conjunctio per intellectum, 394D', et insuper impossibile est actum voluntatis finem alicujus esse ultimum, 394A, 403C, ideo beatitudo actus est non caritatis, 394C', sed sapientiæ, XIX 35, XXV 396C, non fruitio, sed visio, XIX 113A', 115A, XXV 394A', 401C'; et hoc testari videntur multa loca Scripturarum, 402B, et quædam revelationes, 402D. — At in actu voluntatis eam consistere contendunt alii, XIX 115D, ut Bonaventura, XXV 399D', et Scotus, 401B', ob varias rationes, 401B', 404C, et ita essentialiter fruitio est, non visio, 401C, D', 405C. — Demum in intellectu et voluntate simul consistit, juxta Petrum, XXV 398A', Richardum, 398D', et Argentinensem, 401 C, in intellectu originaliter, in voluntate completive, 398B', et principaliter, 398C', 399A, vel in intellectu quoad beatitudinem naturalem, in voluntate quoad supernaturalem, secundum Ægidium, XIX 116C, ideo actus est caritatis, XXV 399B, et duo complectitur, perfectam cognitionem intellectus et completam voluntatis complacentiam, 398B', visionem et fruitionem, 401D. — Ceterum in increata beatitudine unum sunt visio et fruitio, XXV 403B, et in creata se invicem complectuntur, 404B', C', et ab invicem perficiuntur, 403B; beatitudo enim non in qualicumque Dei cognitione consistit, sed in cognitione Dei formata, 402B', quæ est actus elicitus doni sapientiæ, nec potest esse informis, 402B, sed dilectionem includit, et delectationem inducit, 402C'. Sive ergo in intellectu ponatur, sive in voluntate, necessario includit dilectionem et delectationem, XIX 118C', non enim simplex est felicitas mentis creatæ, sed diversorum bonorum aggregatio, 118C', D', quum sit perfecta intellectus et affectus quietatio, XX 397B', et in hac principaliter se habet cognitio, 332D, A', XXV 402D', concomitanter et completive affectio, 402 D', et hæc est in præsenti beatitudo heroicorum virorum, 403A. Similiter in patria in visione et amore consistit, XIX 113C, in visione ut in qua, in dilectione ut a qua, 113B'; ex visione enim Dei sequitur comprehensio, 115A, ex comprehensione unio, *ibid.*, ex unione delectatio seu beatitudo, 115B. — Nec tantum in actu intellectus et voluntatis consistit, XXV 407 B', sed principaliter in objecto seu Deo, in quem transformatur vi amoris anima beata, 407C'; in ejus enim essentiam fit quædam circumincessio divinitatis, 408B, D', qua transformatur in Deum, 408A, et deiformem similitudinem induit, 408B; in qua transformatione increata beatitudo directe et principaliter perficit essentiam, 408C, B', C', etsi potentiarum actibus apprehendatur, 408C, beatitudo creata prius perficit potentiam, 408B', et prius est in potentia, 409D. — *Cf.* Fruitio, Visio.

Beatitudo ultimus est omnium voluntatum finis, XXII 509B, 510D, quem omnes naturaliter appetunt, XXV 247A', 397 B, 400C', saltem secundum rationem communem, XIX 130B, C', XXV 397D, contra Scotum, 405D', quia in generali ab omnibus cognoscitur, XXII 511B; in particulari autem vera non cognoscitur nisi per fidem, XIX 130C, XXII 511B, et ideo multos accidit veram respuere et diligere falsam, XXV 406A, 407B, quia inter se non differunt nisi

543A, id est inhumano modo, 544C', 547C, C'. — In eis aliquid est pertinens ad statum viæ, aliquid ad statum patriæ, XXIII 552D, quapropter dicuntur inchoatæ in via, perfectæ in patria, 553B'. — Quæ ad dona singula pertineant, intellectus, XXIII 552A', sapientiæ, 552B', timoris, 552C', scientiæ, 553A, fortitudinis, *ibid.*, pietatis, 553C, et consilii, 553D. — *Cf.* Donum.

BEATI. Certum est homines gratia et merito angelos æquare, imo et superare posse, XXI 509B', 510B, D, 511A, ideo quidquid dixerint quidam, 483B', probabile est inter choros angelorum assumendos esse, pro diversitate meritorum, 509A, non modo virgines, 483D', 509C, 511A', et perfectos, 509D, sed electos omnes, 483A', et angelis æquandos esse, non quoad conditionem naturæ, 510A, nec quoad officia, 509D', 510B', sed quoad æqualitatem præmii, 510C', 511A; nec videtur ex eis constituendum esse decimum chorum, extra angelicam hierarchiam, 484A, 509B, D, sed una dumtaxat erit omnium Beatorum hierarchia, ex angelis et hominibus conflata, 509D, C', et tot angelis quot hominibus, 512A, quia tot esse creduntur homines beatificandi quot sunt angeli stantes, 511C'; hoc tamen citra certitudinem est, 509A', 511C'. — Ad resarciendam angelorum ruinam sic dicuntur ad eorum choros assumendi, XXI 483B', sed si nullus peccasset angelus, etiam assumerentur ad propriam glorificationem, *ibid.*

Beati accipient unusquisque auream seu coronam, XXV 439C, duplicem stolam, alteram animæ, alteram corporis, 444D, id est tres dotes in anima, XIX 113D, XXIII 445C', quibus perfectius conjungetur Deo, XXV 277A', et quatuor in corpore, 277B, 283B', quibus perfecte fiet animæ subjectum, 277A', quibus dotibus tam vires superiores eorum quam sensus in ultimitate suæ perfectionis et actualitatis constituentur, 287D; et insuper, quia inter se differunt quoad statum, actus et merita, 444D, quibusdam conferentur excellentiæ quædam seu aureolæ, 444A'. Eorum tamen felicitas tota erit in anima, cujus est intelligere et frui, XXV 479A, corporis autem gloria proprie ad beatitudinem non pertinet, sed ad remunerationem, 479B. *Cf.* Aurea, Aureola, Dos.

Animæ dotes. — *Visio.* Beatos, quidquid dicant nonnulli philosophi et theologi, XXV 414C, certum est Deum videre per speciem, 414A', non per speciem a rebus abstractam, 415C, nec per speciem in ipsis impressam a Deo, 415A', sed per conjunctionem essentiæ divinæ intellectui eorum, loco formæ intelligibilis, 416B, quæ in eis est quod et quo intelligitur, 416C, 417A. Divinam igitur essentiam intuentur per lumen creatum vel increatum, XXIII 249A, cum vel sine habitu mediante, pro variis opinionibus, XX 13D', 14A, A', B', XXIII 248B', 250B, 251D', 252B, cum vel sine specie inhærente, XX 14A, B, XXIII 249C, et sub ratione essentiæ, XIX 132A'; nec est in eis consideratio intellectus discursiva circa ea quæ in Deo sunt, 132C', ideo simplici intuitu in divina natura vident omnes rationes simul, *ibid.*, tam boni quam veri, 132D, tam bonitatis quam justitiæ, 132D'. Imo tribus modis eis manifestari potest divina essentia, XXI 501D'. — Eam tamen oculis glorificatis non videbunt in se, quum sit immaterialis, sed in effectibus, XXV 417A', id est in creaturis, XIX 236D, B', XXV 417A', seu in vestigio, XIX 236D, etsi non per creaturas, 236C, D, C', XXV 417A', seu per vestigium, XIX 236C, D. — Et multo minus eam comprehendunt, XXIII 252D', 253C, 255A', D', XXV 417B', licet eam totam cognoscant, XXIII 253C, quia non totaliter, seu quantum ex se visibilis est, XXV 418C, 422B', sed alius alio clarius, 418C, pro mensura luminis gloriæ cuique impertiti, 418D; infinite ergo deficiunt a plena comprehensione, 418A, qua Deus se ipsum cognoscit, XIX

123 D'. Comprehensores tamen lato sensu dicuntur, quia et clare vident et perfecte amant, XXIII 254 A, Deum ipsum per præsentiam et veritatem videntes, XXV 480 A', sicuti est, 479 D', et cognoscentes sicut ab eo cogniti sunt, 480 B. An ipsum divinum lumen videant, an aliquid infra ipsum, XXIII 255 C, B'.

Nec modo Deum vident quantum ad suam essentiam, sed quantum est causa omnium rerum, XXV 422 D', ideo in eo necessario vident quæ in essentia divina repræsentantur, XXIII 251 A, et prout in ipsa relucent, 251 B, C, juxta quosdam, XXV 412 D, 425 D', id est mysteria gratiæ et gloriæ, XXIV 267 D', omnia creata, XXV 418 A', 426 D', et ea quæ scit Deus scientia visionis, ea scilicet quæ fuerunt, sunt et erunt, XXIII 256 A', non tantum quoad esse essentiale, 251 A, sed quoad esse actuale, 251 B, C, distinctissime et perfectissime, 251 D, quia intellectus eorum speculum est omnium intelligibilium, XXV 479 B', et imago speculi increati, 479 C', a speculo Verbi æterni impressionem simillimam recipiens, 480 C, et viso speculo, necessario videntur quæ in eo repræsentantur, 426 A, refragantibus tamen aliis, ut Henrico, 426 B, quia in essentia divina videre omnia quæ Deus facere potest, impossibile est intellectui creato, 418 B', 423 A, alioqui æquaretur Deo, 418 C'; videre omnia quæ scit Deus scientia visionis, animæ quidem Christi datum est, *ibid.*, sed aliis Beatis non videtur concessum, quum et inferiores angeli a superioribus doceantur, 418 D'. Licet enim divina essentia omnium scientiam contineat, XXV 419 C, eam quantum vult, communicat, 419 A', 423 A, et quantum capax est intellectus videntis, 419 D; ideo unusquisque in Verbo tanto plura cognoscit, quanto Verbum ipsum clarius videt, XXIII 256 A', XXV 418 D'. Sed quidquid est, saltem videbit quisque quæ requirit propria perfectio, XXV 339 A, id est omnia quæ ad ipsum pertinent et vota quæ ad se diriguntur, 339 B, et omnia quæcumque decebit vel libebit eum videre, 338 D', 419 A', 480 D.

Imo duplex est in eis cognitio, altera matutina, seu in Verbo, qua vident quæ aliquo modo ad eorum gloriam pertinent, XXV 340 C, altera vespertina, seu rerum in suo genere, qua nos et nostra non vident, *ibid.*, quæ ambo per lumen creatum fiunt, XXIII 261 C, nec differunt nisi per modum cognoscendi, 261 B, quæ enim in Verbo vident, uno intuitu cognoscunt, non autem quæ per diversas intelligunt species, 257 C. — An et quomodo pateat eorum conscientia ad invicem, XXI 531 C'; quomodo corpus Christi videant in Sacramento, XXIV 265 D, D', 266 B', D', vel quæ circa nos fiunt cognoscant, XXV 462 D'. — Ad felicitatem eorum pertinet damnatorum pœnas agnoscere, XX 385 C, ideoque supplicia eorum vident nunc, XXV 458 C', et post judicium sine fine videbunt, 458 B', sive in Verbo, sive per species inditas, 459 C', ad proprii gaudii augmentum, 458 A'; nec ad eos compassione movebuntur, quia plene divinæ justitiæ sunt conformati, XX 657 D, XXI 555 C', XXV 459 D', quin et de eorum pœnis quodam modo gaudebunt, 460 B, et ex amore justitiæ, 460 C'. — *Cf.* Visio.

Fruitio. Deum totaliter diligunt, XXIII 469 C, pure propter se, absque reflexione et privato amore, XIX 122 C', præmium ac dona ejus ad ipsum referentes, 123 A, nec eo frui cupientes nisi ut perfectius eum glorificent, 123 B; una autem eademque fruitione fruuntur et divina essentia et tribus personis, 125 D, B', D', ob unitatem fruibilitatis, seu summæ bonitatis, 125 B', et fruibilis et fruentis, 125 D'. — An et quomodo sua beatitudine fruantur, XIX 109 B', 112 A, 120 B, A', 123 A', et eam diligant, XXV 477 B. — Quis sit inter eos ordo caritatis, XXIII 486 D', 510 C'; an plus se diligant quam alios, etiam meliores, 491 A', 510 D', 511 A, vel saltem alios diligant sicut se ipsos,

511 D, D', et de bono proximi gaudeant tanquam de suo, 511 C', XXV 444 B. — *Cf.* Fruitio.

Tentio. Beatis necessario competit infastidibilitas, alioqui non essent vere beati, XXV 427 A', 428 B, impeccabilitas, quia inavertibiliter Deo sunt uniti, 427 B', nec voluntate propria a Deo averti possunt, 428 D, imo eo viso, ad ipsum non affici nequeunt, 429 B, demum securitas, 429 D, quidquid dicat Scotus, 428 C', quia de intrinseca ratione beatitudinis est perpetuitas et confirmatio in bono, 429 A'; an autem et gaudium, negant aliqui, quia non est de felicitatis essentia, sed perfectione, 430 B, affirmant alii communius, quia necessario visionem Dei comitatur, 430 C, nec ab ea separabilis est re aut ratione, 430 D, sed cum ea felicitatem constituit, 430 D'. — In gratia igitur confirmati sunt, nec peccare possunt, vel quia in eis tota potentialitas redacta est ad actum, ut volunt Thomas, XXI 390 C', et Cartusianus, 393 B, contradicente Udalrico, 392 B', vel quia intellectus et appetitus eorum perfecte uniti sunt summo bono, 392 C', unde intellectus necessario movetur ad ejus contemplationem, appetitus ad ejus fruitionem, 392 D', appetitus intellectivus directe et immediate, 393 A, sensitivus, per redundantiam rationis, 393 B. — In ipsis tamen idem essentialiter remanet liberum arbitrium, XXI 391 D, secundum esse, 393 B', C', seu quantum ad libertatem a servitute coactionis, 391 A', 393 C', sed augetur et perficitur quantum ad statum seu bene esse, 393 B', id est quantum ad libertatem a servitute culpæ ac miseriæ, 391 A', 393 D'. Arbitrium ergo habent per gratiam elevatum et immobilitatum in bono, XXI 396 B', et summam libertatem quoad media ad finem, XIX 133 A, C, quia libere hoc vel illud facere aut omittere possunt quod non est extra bonum, XXI 396 B', C'. — Quædam insuper remanent in eis actu, quædam in habitu, quædam secundum substantiam tantum, quædam secundum proportionem, quædam nullo modo, XXIII 507 A; an et quomodo in eis remaneat fides, 506 C', 507 D', 508 B', 509 C', 510 B, spes, 506 D', 508 B, B', caritas, 507 A, C', 509 B, scientia, 507 D, 508 C', 509 B'. — *Cf.* Confirmatio, Tentio.

Corporis dotes. *Impassibilitas.* Ex immortalitate animæ Beatorum eruitur immortalitas et corporis, XXV 285 A', quia contra naturam ejus est esse extra corpus, 286 D, nec perfectione naturali plene frui potest sine corpore, 286 A', ideo immortale erit corpus gloriosum, 279 D, sive quia in eo ad perfectam æqualitatem redigentur qualitates, 285 B', sive quia perfecte animæ subjectum erit, 279 B', 285 C', sive virtute aliqua elementari vel cœlesti, 284 B', 286 C', sive ob Dei sic disponentis voluntatem, juxta Scotum, 285 D', 286 C', sive, juxta Henricum, ex redundantia gloriæ animæ in corpus, qua ab eo auferetur omnis privatio, 287 A. — Nec modo immortale erit, sed impassibile, XXV 287 B, et ab intrinseco, quia elementa ejus actiones non servabunt quæ tendunt ad pugnam et dissolutionem, 284 C', 287 C, et ab extrinseco, 284 D', quia illud immutare nequibunt elementorum influentia, 285 A, nec agentium violentia, 285 B, et alia corpora penetrare valebit, 285 C. Impassibilia ergo erunt Beatorum corpora, non a quacumque receptione, XXV 278 A', quia non amittent elementa eorum qualitates suas, 278 B', nec sensus actiones suas, 280 B, sed a passione quæ est præter naturam, 278 B', nec immutabuntur nisi spirituali immutatione, 281 A'. Quod totum eis veniet, non virtute quintæ essentiæ ea informantis, XXV 279 A, B, 284 B', 285 C, nec cessatione motus cœlorum, 285 D, sed gratia et gloria animæ beatæ, 283 B, cui perfecte erunt subdita, 279 C, et quæ in eis elementorum contrarietates continebit et moderabitur, 283 B, C; ideo tanto eminentius gaudebunt impassibilitate, quanto perfectius anima Deo

fruetur, 280B. — *Cf.* Immortalitas, Impassibilitas.

Subtilitas. Necesse est Beatorum corpora perfecte animæ subjici, XXV 295 D, ita ut eam aliquo modo juvent, quo perfectius Deo adhærere possit, 277B', et quia animæ conjunguntur ut formæ simul et motori, per dotem subtilitatis perfecte subjicientur formæ, per dotem agilitatis, motori, 295A'. — Non tamen convertentur in spiritum, XXV 288C, nec rarefacta erunt in modum venti aut aeris, 288D, 292A', et ossa ac carnem habebunt, 287C', 288D; sed subtilia dicuntur fore, ob completissimam eorum perfectionem, 288D, 292B', et plenam ad animam subjectionem, 288A', et quia a grossitie et ignobilibus proprietatibus purgata erunt, 296D', 297B'; item spiritualia, quoniam more spirituum corpora non glorificata subintrabunt, 291D', absque labore, resistentia, 294B', ac læsione, 294C', et multo efficacius quam aer et ignis, 292B'. — Ex se tangibilia erunt et palpabilia, XXV 291C, et tactu dulcissima, quia tangibiles qualitates in eis ad medium proportionis redigentur, 291A', sed in voluntate Beatorum erit ut tangi et palpari queant vel non, 291D. — Corpus gloriosum replebit locum, quia sensibile erit, XXV 288D', et dimensiones suas servabit, 289B'; et quum corpus ex hoc habeat situm, quod est sub quantitate dimensiva, 289C, impossibile erit, secundum Thomam, illud cum alio corpore sive glorioso sive non, per dotem subtilitatis simul esse in eodem loco, 289C, B', 290B, possibile, juxta alios, quia ad modum spirituum ea subintrabit, 291D', 293A. Corpora tamen non gloriosa saltem virtute divina et miraculose penetrabit, XXV 276C', 290A, 292C', 295A, alioqui non esset impassibile, 294B', et beatum, 294C', item corpora incorruptibilia, ut cœlestia, 290D, corpora autem alia gloriosa, nullo modo, 290C, quoniam licet penetrari possit corpus a spiritu, non tamen spiritus a spiritu, 292C. Ipsum vero a nullo alio glorificato penetrari poterit, XXV 276C', 292C, quia locum suum totum replebit, 276D', nec a non glorificato, nisi velit, 276D', 291D. — *Cf.* Subtilitas.

Agilitas. Agilia erunt corpora gloriosa, quia ad imperium spiritus movebuntur, XXV 296B', 297C', et perfecta erit tum fortitudo virtutis motivæ, tum habilitas mobilis ad motum, 296C'. In momento igitur ab oriente ad occidentem moveri poterunt, XXV 276B', quia quamdam aeris et ignis proprietatem participabunt, 297B'. — An vero moveantur in instanti, affirmat Parisiensis, quia more spirituum movebuntur, absque resistentia ac retardatione, XXV 297C', eadem celeritate qua anima quæ in instanti movetur, 298B, et virtute supernaturali, quæ omnem motum continuum excedit, 298A, C; negant vero alii, quia per media transibunt, 296A, quum ad spiritualis naturæ dignitatem non pertingant, 296B, et impossibile est corpus sic motum in instanti moveri, 298C', alias simul esset in pluribus locis, 296C; ideo movebuntur in tempore, sed imperceptibili, 296D, et quæ magis agilitatis dotem participabunt, celerius aliis movebuntur, 296A'. — *Cf.* Agilitas.

Claritas. Demum clara erunt corpora beata, id est luminosa, XXV 276C', non admixtione quintæ essentiæ, sed ex redundantia claritatis animæ, 299C, 303B', et tanto clariora quanto clarior anima, 299C. — Nec modo clara, sed pervia, seu perspicua, XXV 299A', etsi solida, 303A, contra Bonaventuram, 302B', propter quod comparantur vitro, 299A', et crystallo purissimo, 302A', 303A; item et colorata, quia non tolletur, sed perficietur eorum natura, 299B', 302C'. — Probabilius fulgebunt sicut sol, XXV 276A', et plus quam sol, 300B, si essent æqualis quantitatis, 301C, nec modo sicut fulget nunc, sed sicut fulgebit post judicium, 301D'. — An ab oculo non glorioso naturaliter videri possint, negat Richardus,

quia eorum fulgorem sustinere nequiret, XXV 301 B', affirmant Thomas et alii, 299 D', 303 A, D, saltem aliquo modo, 301 C', 302 B, quia claritas gloriæ non specifice differt a claritate naturæ, et sua natura visui proportionata est, 300 A, 302 B ; nec excellentia sua visum lædere potest, 300 D, quia actione naturæ non lucebit, sed animæ, 300 C. — *Cf.* Claritas.

Beatorum locus. Pro dignitate et merito eis assignabitur locus congruus, XXV 295 D', id est cœlum empyreum, XXI 150 D', 153 A', 154 B, D, 156 B, quum multo lucidiores sint stellis et cœlis, 157 A. In cœlo igitur empyreo erunt, sicut nos in aere, XXV 282 D, pedibus super cœlum aqueum, ut viatores super terram, 478 A; et ibi jugiter immoti manebunt, juxta Parisiensem, 298 D', non ex debilitate virium, sed ex dispositione status, 298 A', 474 B', quia desinente tempore, desinet omnis motus et mutatio, 298 D, 474 B'; sed melius dicunt alii, eos in cœlo empyreo pro libitu suo discurrere posse, 277 A, 295 B', non ex indigentia, 295 C', 296 D', 475 A, sed ad videnda opera Dei, 295 C', et ad potentiam demonstrandam, 297 A, quia nec a tempore nec a motu cœlesti amplius regentur, 475 A'. — Imo e paradiso egredi possunt, ut appareant viventibus, XXV 324 B, A', non passim, sed sicut sciunt velle Deum, 324 C'; et sic extra empyreum constituti, nullam felicitatis jacturam patiuntur, 311 C'. — *Cf.* Cœlum.

Felicitas. Beatis nulla est indigentia, XXI 174 C', XXV 295 D', nec quidquam doloris aut tristitiæ accidere potest, 339 C, quia nihil est quod contrarietur eorum voluntati, XXI 556 C, A', omnia enim possunt quæ volunt se posse, omnia habent quæ volunt se habere, XX 571 A'. — Omnes animæ vires in eis remunerantur, XIX 112 D', in rationabili enim eorum Deus est ut veritas, in concupiscibili ut bonitas, in irascibili ut potestas, XX 449 C'; in visione Dei maximam habent delectationem, XXV 480 B', propter convenientiam et unionem summam Dei et mentis, 480 C', et triplex gaudium, de perfectione virtutis eorum intellectivæ, 481 A', de pulchritudine sponsi, 481 B', de visione gloriæ ejus, 481 C'. Appetitus eorum sensitivus et sensus in creaturis quibusdam delectabuntur ineffabiliter, XXI 393 D, sed ordinatissime, 393 A'. — Sensuum enim actum non amittent, XXV 280 B, nec applicatione sua ad Deum ab actu virium suarum impedientur, 280 D'; ideo vere sentient, non extra mittendo, 280 D, nec per effluxum a superioribus potentiis, *ibid.*, sed a rebus exterioribus intus suscipiendo, 280 B', modo tamen spirituum, absque recipientis naturæ immutatione, 280 C'. 287 A'; imo in ultimitate perfectionis et actualitatis erunt virium suarum tam intellectivarum quam sensitivarum, 286 C, 287 A'. — An autem omnium sensuum usum habituri sint, negant quidam, quia etsi omnes agere valeant sensus, non omnibus objecta præsto erunt, XXV 281 B, 284 C, 286 B, affirmant vero alii, quia in patria erit medium sufficiens et objectum, 281 C, D, 282 B, et quia sicut reprobi in quolibet sensu cruciabuntur, ita Beatos decet in quolibet remunerari, 284 A'. Videbunt ergo, XXV 272 B', 281 B, D', 286 B, audient, 281 D, 282 C, 286 B, odorabunt, 281 D, B', gustabunt, 281 A', 282 B, tangent et tangentur, 272 C', 281 A', 286 B; et in omnibus his mire delectabuntur, 272 B'.

Sed quidquid somniarint Judæi et Sarraceni, XXV 272 D', 276 A, venereis non utentur, quæ ad propagationem speciei dumtaxat exerceri possunt, 275 C', nec beatitudinem conferre valent, 275 D, quin et contemplationem maxime impediunt, 273 A; nec cibis, qui non nisi ad reparandum corporis ruinas instituti sunt, 273 C, 275 C', ideo quæ in Scripturis de futuris eorum epulis leguntur, spiritualiter intelligenda sunt, 276 B. Et generatim, vitæ animalis cessabunt actio-

nes, XXV 275 C, B', quæ homini non conveniunt in quantum homini, 275 D, visionis enim divinæ dulcedine adeo absorpti sunt electi ut carnalia quæque prorsus abhorreant, 446 A. — Utrum in eis, præ exuberantia felicitatis, futura sint tripudia, choreæ, gesticulationes, XXV 473 B', negat Parisiensis, quia verum gaudium res severa est, 474 A, sed annuit Cartusianus, quia et hic devotis hujusmodi usitata sunt, 474 B, et doti agilitatis conveniunt, 474 A'. — Item in eis videtur fore laus vocalis, XXI 152 A, B, XXV 475 B', 477 A', B', C', contra Parisiensem, 476 D, non obstante cœli incorruptibilitate, XXI 152 D, quia omnes sensus eorum oportet esse in actu, 152 B, XXV 477 A', et omnes vires tam intellectuales quam corporales in statu perfectissimo, 478 B; quapropter, sicut intestina eorum humore quodam replebuntur, sic guttur aere, quo poterunt voces formare, XXI 152 C, XXV 478 D. — *Cf.* Laus.

Beatitudo ex parte objecti, scilicet divinæ essentiæ quæ videtur, in omnibus æqualis est, XXV 410 B, 411 A', et in Evangelio designatur per denarium operariorum, 410 C; sed ex parte subjectorum seu videntium, inæqualis est, quia clarius videt alter altero, XXI 283 A', XXV 410 B', 411 A', et hujus gradus in Evangelio designantur per mansiones, 410 D; unde in cœlo una est domus ex unitate objecti, multæ mansiones ex varietate subjectorum, 410 A'. Mansiones autem penes gradus caritatis distinguuntur, XXI 511 B, quia clarius ille videt qui magis in caritate profecerit, 511 C, sed quoad principium propinquum, penes gradum caritatis patriæ, quæ dat dispositionem agentibus, XXV 410 B', quoad principium remotum, penes gradum caritatis viæ, quæ meritum tribuit actionibus, 410 C'. Ex duobus æqualem caritatem habentibus, qui meliora habet naturalia, Deum intensius non videbit nec diliget, sed tantum expeditius, XXV 412 B', 413 B, nec erit altero beatior, 413 C. Ceterum beatus quisque erit, non quia tanta donatus est felicitate quantæ capax est, sed quanta sibi convenit secundum divinam justitiam, XXV 411 B'. — Insuper duplex est Beatorum præmium, alterum essentiale, quod augeri nequit, alterum accidentale, quod crescere potest usque ad diem judicii, XXI 557 B', XXIV 334 C. Etsi enim in his quæ ad essentiale præmium spectant, nulla sit in mentibus beatis successio et variatio, XXV 475 B, in his quæ accidentalis præmii sunt, perpetua est variatio, 473 C, ideo, renitente licet Parisiense, 477 A, omnia gaudia accidentalia simul non habebunt, 477 B, et omnes, tam angeli quam animæ beatæ, usque ad diem judicii in cognitione multitudinis cognoscibilium proficere queunt, 413 A', 419 A, et in ceteris præmii accidentalis, 464 D'; sed post judicium ultra non proficient, 419 A, quia in ultima consummatione erunt, cui nihil addi poterit, 287 D, 464 C, et omnes cuncta scient quæ scit Deus scientia visionis, 419 D', non tamen omnia videbunt omnes in divina essentia, sed alii plura, alii pauciora, *ibid.*, et de aliis edocebuntur ab anima Christi, *ibid.*, et a majoribus, 420 A. — Post resurrectionem augebitur eorum felicitas extensive, quia beati erunt et in corpore, XXV 409 B', 411 D, et intensive, 409 C', 411 C, contra quosdam, 410 D', quia anima sine corpore imperfecta est, 409 C', 411 A, et corpori glorificato uniri appetit, 409 D', 411 A, D', quocum similior erit Deo quam separata, perfectior, 410 A, et majoris virtutis ad intelligendum ac diligendum, 411 C, D, 412 A. Insuper augebitur eorum felicitas ex amœnitate loci, XXV 326 D', et felicitate concivium, 412 A, et ex contemplatione operum justitiæ et clementiæ Dei, 412 C. — *Cf.* Præmium.

Beatorum invocatio. Beati vota quæ ad se diriguntur, norunt, XXV 339 B, et invocantibus succurrere cupiunt, quan-

sunt, quæ autem ad bonum universale, nullo modo, 240B. Quamvis bonum sit ex integra causa, seu ex omnibus circumstantiis, XX 660C, ex defectu modicæ circumstantiæ non illico fit malum, 660B'. — Similiter ex malo contingit fieri bonum tripliciter, per modum causæ, casus et occasionis, XX 630B, 631A', quæ diversimode ordinantur ad bonum, 632A; ideo mala naturæ aut pœnæ fieri, per accidens bonum est, 631A, 632B, 633A, in quantum sunt boni occasio, 630A, et ex illis majus sequitur bonum illo quod per ea privatur, 633 A. — Ceterum quotcumque in hoc mundo fiant mala, bonum incomparabiliter præstat eis, XXI 361C'. — *Cf.* Ens, Malum.

Multiplex est bonum, naturæ scilicet, moris, gratiæ et gloriæ, XXI 381B', XXV 464D', ex quibus bonum gratuitum est objectum theologiæ, et bonum morale, objectum scientiarum moralium practicarum, XIX 89A; insuper est bonum delectabile, quod est bonum secundum quid, bonum utile, quod est bonum plus, bonum honestum, quod est bonum simpliciter, XXI 474 B, bonum mixtum, quod ex utili et honesto constat, XXV 109C', et ex digniori honestum vocari solet, 110A, bonum commune et privatum, quorum dignius est commune, XXI 175A. Item sunt bona maxima, ut virtutes et visio beatifica, XIX 183B, media, ut naturales potentiæ, et minima, ut res externæ, *ibid.;* ceterum majus vel minus dicitur bonum dupliciter, intensive et extensive, XXII 534C'. — Quum omnes creaturæ a Deo in quantum bono procedant, ab eo receptam habent inclinationem ad bonum, juxta modum suum, XXV 397C, omnibus ergo naturalis innatus est appetitus boni, saltem in generali, XIX 130B', XXII 509D, XXV 406D, et ad illud omnes tendunt, aliæ perfecte, aliæ imperfecte, XIX 130C', unde fit in rebus circulatio quædam, qua a bono procedunt et ad bonum convertuntur, XXV 397D. Bonum igitur est finis omnium, XXI 105C, XXII 509A', et finis omnis agentis, quod nihil velle aut operari potest nisi intuitu boni, XXI 391C, B', objectum proprium voluntatis, tam naturalis, XXII 519C, C', 520A, quam movet et trahit, sicut colorata visum, XIX 129D', XX 604C, C', quam deliberativæ, quæ nihil appetit nisi sub specie boni, XXII 519D', 520A, maxime summum bonum, quod omni bono causa est quod sit bonum, XXI 105D. — Ad bonum igitur universaliter bonum necessario tendit voluntas, XIX 129D', id est ad finem ultimum, qui est bonum perfectum, 130A, et ad illud ordinat quidquid boni appetit, XXV 398C, quia per bona particularia ad universale appropinquatur, *ibid.;* ad bona autem non undequaque perfecta, ut particularia, XIX 130A, libera est, 129D'; nec in ullo satiari potest, 121B, D, nisi in perfecto, 130C. An eo viso, necessario fruatur, XIX 128B.

Solo bono increato fruendum est, XIX 119C, 120A', 121A; de bonis creatis spiritualibus licet delectari aut frui lato sensu, 121D, ceteris simpliciter uti, 110B, 111C; corporalia enim, nisi majori bono adversentur, ad virtutem civilem pertinent, XXII 538D', et licitum est eis moderate uti, 539A. — Et quia tantum habet quid appetibilitatis, quantum et bonitatis, XXII 223A, D', quædam absolute appeti possunt, ut bona honesta, 223B, quædam conditionaliter, ut quæ ad finem ordinantur, *ibid.;* bonum absolutum, ut beatitudinem, nemo potest non velle, 307B', quæ non sunt adeo bona ut in cunctis sufficiant, voluntas respuere potest, et majori minus præferre, 308B. Proprium ergo bonum velle non est peccatum, XXI 306D', quum bonum sit objectum naturale appetitus, 306A, et voluntatis, 306C', sed peccare potest quis eligendo malum sub specie boni, 306A, vel verum bonum modo indebito, 306C, absque relatione ad ultimum finem, 307A; pariter bonum temperate volendo,

340C, potest vel nihil mereri, vel aliquid mereri de condigno aut de congruo, 340 A'; sed omnia inferiora ad summum bonum referri oportet, XIX 110 A, quia non sunt bona nisi in quantum ad similitudinem ejus accedunt, *ibid.* — Morale bonum mediatus est finis virtutum, immediatus finis caritatis, XIX 114A, ideo intuitu divini amoris exercitum præstantius est quam intuitu mercedis, 53A; in fide inchoatur, in cognitione perficitur, 65D'. — Bona per se, ut bona spiritualia, XXV 348C, nunquam alicui auferuntur sine propria culpa, 348B', bona secundum quid, id est bona temporalia, quæ spiritualibus deservire possunt, 348C, auferri possunt ad majus bonum, 348D, sine prævia culpa patientis, 348 A', in præsenti vita, 348B'.

Deus tripliciter dicitur bonum, scilicet ex quo, in quo et ad quod, XIX 243A, et juxta quosdam magis proprie dicitur Bonum quam Esse, 362 B', 367 A', B', C', 368D, B'; quomodo dicatur bonum nostrum, XIX 120D, C'. — Bonum in divinis principale est fundamentum emanationum ad intra, XIX 230C', quia est sui diffusivum, 230 D'; communicatur enim vel per modum naturæ, et est generatio Filii, vel per modum voluntatis, et est spiratio Spiritus, 189C', et quia proprium est objectum voluntatis, et finis affectivæ potentiæ, 239A, ideo specialiter appropriatur Spiritui, XX 322B. Item omnium entium principium est et causa prima, XXI 90 D'; quæcumque enim facta sunt, propter bonum facta sunt, 103B, et bonum aliqualiter participant, 103C. — In creaturis ergo bonum vestigium est Trinitatis, XIX 237B, D, 238A, A', 239D, 241 A, 243A, universi partes conjungens tum ad invicem, tum ad ultimum finem, XXII 508C', quia omne bonum unitivum est participantium ipso, et omnis unitio bonum, et bonum uni idem, XXI 91A. — *Cf.* Vestigium.

Liber de Laudabilibus bonis citatur de gratia, XXII 319 A.

BOTRUS Chanaan ab exploratoribus reportatus, figura Christi, XXIII 436A.

BRACHYLOGUS totius juris civilis, seu Corpus legum, juris epitome ab ignoto auctore circa medium XII[i] sæc. compilata, citatur de alea, XXIV 414D'.

BRENDANUS (S.), Hibernus monachus († 578), de mitigatione pœnæ Judæ proditoris, XXV 332 D.

BRIGITTA (S[a]), Nericiæ principissa (1302-1373), quot esse dicat angelos, XXI 236 C, 511 D'. — Damnatos asserit in inferno precibus B. Virginis aliqualiter sublevari, XXV 332C.

BRITO. *Vide* Guillelmus.

BRODIUM. An in brodio valide conferatur Baptismus, XXIV 112C'.

BRUTA libero carent arbitrio, quia non norunt nisi particularia, XX 608B, ideo cognitione et appetitu ad agendum impelluntur, XXV 125C, et vi naturæ magis quam proprio judicio regulantur, 125D, et magis aguntur ac moventur, quam agant et moveant, XIX 108B', 236B, XX 499C'; rebus non utuntur, quia ratione carent, XIX 105A, nec proprie fruuntur, quia finem apprehendere nequeunt, 134C', sed lato sensu dicuntur frui, quia in sensibilibus delectantur, 105A, 135C. In illis malum naturæ per bonum naturæ compensatur, XX 499C', non per bonum præmii, quia affliguntur, non remunerantur, 499B. — Non illis competit cognoscere Deum per vestigium, XIX 236A, nec in vestigio, 236D. An ex caritate diligi debeant imperative aut elicitive, XXIII 477C', 478 B', 479A. — An bestia comedens hostiam consecratam, sumat corpus Christi sacramentaliter vel spiritualiter, XXV 233C. — Homini ante peccatum subditæ erant feræ, nec terrent eum nisi propter peccatum, XXII 378B. — Cur sub specie animalium sæpe appareat Spiritus Sanctus, XIX 564C', 572C, B', 573A'. — *Cf.* Anima, Animal.

BUFO. Lapis bufonis vim habet expellendi tristitiam, XXIV 338B.

C

afficitur, eo clarius Deum visurus est, XXI 511 C, et tantum augebitur essentiale præmium quantum et ipsa caritas, 335 D', unde quodam sensu increatæ beatitudini æquivalere fertur, XX 18C, quam de condigno meretur, XXIII 325B. — Non immerito igitur prima, principalis et proxima nuncupatur radix merendi, XX 13B', XXII 367D', 368B, XXIII 500D et s., lumen spirituale hominis, XX 27 A, C, 59B, principium reformationis, 13A, et gratificationis, 13A', totius theologiæ finis, XIX 74A, et complementum, 74B, scientiæ Scripturarum summa, 68 A', et finis omnis præcepti, XXIII 460B, 461 C, 462C, quandoquidem caritas increata seu Deus omnium bonarum voluntatum finis est ultimus, XXII 509C', caritas creata finis proximus, 509B, C', 511A. — Humori comparatur, quia animæ viriditatem confert et vitam, XIX 526C, et universas ejus vires movet, 526A', et lumini, XX 27A, cujus actus suo modo imitatur, illuminando, calefaciendo, affectum fecundando, 27C. — *Cf.* Meritum, Præmium.

Caritas supra naturam est, XXIII 459 C, C', 466A, 467D, quoniam etsi ostendat naturalis ratio Deum esse summe diligendum, 466D, et illum naturaliter diligere super omnia valeamus, 461 A', 465B, ad ejus amicitiam naturaliter pertingere impossibile est, 461B'. Quum ergo transcendat naturam, ad beneplacitum Dei infunditur, XX 21D', 22B', C', 23A, et juxta communem cursum, major infunditur quibus præstantiora fuerint non naturalia tantum, 22C. 23B, quæ ad virtutes infusas se habent ut dispositiones dumtaxat, non ut causæ, 21B', nec conatus tantum, 22C, 23C', sed naturalia et conatus simul, 21C', 22 D, 23C'. — In se ipsa considerata, parva esse potest, major et maxima, XXIV 463A', et intenditur quantum ad fervorem, augetur quantum ad essentialem vigorem, 464D. — Eam augeri posse omnes fatentur, sed variis modis : secundum essentiam, XX 31D', 33A', 38 A, seu esse, 34A, 38A', 39A, per majorem radicationem in subjecto, 31D, 33 B, B', 41B, 54D, vel per intensionem secundum accessum ad terminum, 34D, D', 38A, 43D, aut secundum recessum a contrario, 35B, A', 36D', 37B', 43A', B', vel per accessum caritatis majoris, 34B, 35C, 36A, C', 37B, B', D', 38A, 40D', 42A, 44A, de potentia ad actum educta, 34A', D', 41D', 42C, A', aut de novo infusa, et qua destruitur prior, 31 A', 42A, aut secundum fervorem, 31B', 33B, B', 37B, quoad facilitatem operandi, aut numerum meritorum, 55D, aut intensionem actus, 33A, C, 36A'. — Ad ejus infusionem præcedens actus ordinatur per modum dispositionis, ad ejus augmentum per modum disponentis et merentis, XX 44C', ad neutrum per modum efficientis, 44D'. Quandoque unicus sufficit actus, dum nempe sat fortis est, XX 44D', 45B, B', C', 46C, D', quandoque requiruntur multi, si sint remissiores, 44D', 45B, D, B'; quamvis enim tepidus caritatis actus magis ad ejus amissionem disponere videatur quam ad ejus augmentum, 44C', 46B, D, non est inutilis, 44B', 46D, sed aliqualiter ad ejus augmentum conducit, 46A', et etiam quoad essentiale præmium remunerabitur, 46C'. Non tamen quolibet actu suo augetur caritas, XX 44D et s. — Juxta Thomam, in infinitum augeri potest, quum nequeat ipsi præfigi terminus ex parte formæ, XX 47D', 50C', 51C, nec agentis, 47D', 51D, nec subjecti, 47D', 50C', 51D, contradicentibus tamen plerisque, 54A, quia impossibile est essentiæ creatæ inesse perfectionem infinitam, 48B, D, nec animæ capacitas adeo augeri potest ut sine fine valeat recipere, 50B, 51A', 52B, 53D; et his videtur consentiendum, 52A, 54A. — Ideo non ultra procedere potest terminum a Deo unicuique præfixum, XX 48A, A', 50A, 52A', sive quoad actum, ut in viatoribus, sive quoad aptitudinem, ut in

Beatis, sive quoad possibilitatem suscipientis, ut in Christo et B. Virgine, 50B; ex parte tamen termini, id est Dei infinite amabilis, quibusdam non videtur inconveniens eam infinite augeri, 50C', 52A, 53B', renitentibus aliis, 50A, A', 52A, A'. Juxta Bonaventuram, statum habet intensive, magis amando, non autem extensive, plures amando, XX 50 A'. Sed quidquid sit de his, in hac vita adeo perfici nequit ut fomitem penitus exstinguat, XX 59C'.

Pari modo caritatem posse minui ex se secundum actum, XX 57A, et per peccatum veniale reapse minui, quantum ad radicationem, fervorem et operationem, certum est, 54C', 55A, D', 56 A, C', 58A', 59D, an autem etiam quoad essentiam seu habitum, negant plerique, 54C', D', quia diminutionis causa inveniri nequit neque ex parte Dei, 54D', 55C, B', 56D, C', neque nostri, 55C, B', 56B, C', 59B, neque peccati, 55C, 56D, C', alioqui per multa venialia ex toto destrui posset, 57D, C', affirmat tamen Cartusianus, 59C', pro posse objecta solvere satagens, 61 D et s. — Per peccatum vero mortale tollitur, saltem indirecte, XX 59A, ita ut a sic peccante subtrahat Deus conservationem suam quoad gratiam quæ est in illo, XXII 324A; sed juxta quosdam, ex actibus infusæ caritatis generari potest in voluntate habitus caritati simillimus qui post mortale peccatum maneat et inclinet ad bene agendum, XX 64C. — Caritas per peccatum amissa per pœnitentiam recuperatur, in æquali gradu, XXIII 506B, aut majori, aut minori, 506C, pro pœnitentiæ qualitate, 506A, quia ad remissionem peccatorum sufficit minima contritio, 506B, nec oportet pœnitentiam æquari caritati a qua excidit pœnitens, 505B'. — *Cf.* Peccatum.

Certitudinaliter scire quis potest se non esse in caritate, XX 25D, non autem se habere caritatem, XIX 550C', XX 25 B', seclusa revelatione, XIX 54B, 565 B', et hoc ob multiplices causas, quia nimirum ad caritatem requiritur divina acceptio, quæ latet nos, XX 26B', 27D', 28D', et intellectus humanus hebes est ad cognoscenda supernaturalia, 27A, 28 B, D', quia item simillimi sunt actus caritatis infusæ et dilectionis naturalis, nec pro certo discerni possunt, 25D', 26A, B', 27A, B', 28A, B', D', 29C', demum propter judicium Dei, qui vult nos nostra bona latere, 28B, 29A. Nec sufficiens argumentum præbent virtutes, etiam heroicæ, ut pro Deo omnia relinquere, XX, 26A, vel mortem subire, 26C', nec spiritualis dulcedo, 25D', 26A', D', 28B', 29B', nec etiam raptus, saltem universaliter, 25A, 30A. — Quibusdam tamen per revelationem id nosse contingit, XX 30C', et ex multis signis conjicere valet viator se caritate non destitui, 25C, D, B', 28D, 29D, 30D. — Cur ita voluerit Deus nos aliquo modo incertos, aliquo modo certos esse, XX 25B'.

Quatuor sunt objecta caritatis, nempe Deus, XXIII 476B', nos ipsi, 478C, quoad animam et corpus, 476C', 478B, et proximus, 477A, 478C, id est angeli, 477C, 478A, et homines, 478C, etiam iniqui, 477D. — Insuper ad se ipsam reflecti potest, XX 19D, et esse valet vel ratio diligendi, 19B, vel objectum amoris, 19 C, ac proinde diligi amore non amicitiæ, 18D', 19C, A', sed concupiscentiæ, 18D', 19C, A', et complacentiæ, 18D', 19C, tanquam dispositio ad felicitatem, 20C. Non autem proprie ex caritate diliguntur virtutes, gratia, beatitudo, XXIII 477A, nisi in quantum ad bonum diligentis ordinantur, 477B, nec irrationalia, 477 C, C', nisi prout referuntur ad objectum principale caritatis, 477D', vel ad gloriam Dei, 478C', 479A', dilectione imperata a caritate, juxta Bonaventuram, 478B', 479A, elicita, secundum Thomam, 477D', nec pariter damnati et dæmones, 477D, ut sic, 510A'. — An caritati fas sit respicere ad mercedem, XXIII 465D, 468D, 486A, 487C,

tingit cognosci causam, in se et ex effectu, XXV 422 D'; per effectum enim necessario cognoscitur causa, etsi non econverso, *ibid.*, et excellentia causæ, XIX 210 C', quum causatum sibi assimilet, XX 397 B'; imo tripliciter cognosci potest ex effectu, XXI 268 C, B', saltem quantum ad quia est, 268 C', 269 D, et tanto perfectius cognoscitur quanto perfectius apprehenditur habitudo ejus ad effectum, 269 A'. Similiter duplici modo accidit cognosci aliquid, per causam et per effectum, et major est certitudo per causam, XXI 137 B', quia sic res per se et directe cognoscitur, 140 B'. — *Cf.* Effectus.

Multipliciter dividitur causa, et secundum ordinem effectuum oportet esse ordinem causarum, XXI 55 C, 61 D', etc. Alia est enim causa propria, quæ dat alteri esse, alia causa sine qua non, XX 476 C', quæ nihil dicit præter rationem concomitantiæ, 474 D'; alia causa æquivoca, alia univoca, XXV 256 A; alia causa principalis, alia instrumentalis, quæ duplex est, XXIV 59 D'; alia causa per accidens, quæ posterior est causa per se, XXI 44 B, et triplex est, XX 630 B; aliæ causæ secundum rationem essendi, inferendi et dicendi, 476 D'; aliæ causæ primordiales, secundum quas visibilis mundus formatur ac regitur, XXI 245 B, aliæ seminales, aliæ rationales, 245 D', XXII 168 D, in quibus, juxta quosdam, cognoscunt angeli et se et alia, XXI 246 B, contradicentibus aliis, 246 C'; aliæ causæ simpliciter, XXII 168 A'. Demum in quolibet genere causæ invenire est aliquid quod est causa tantum, aliquid quod est causatum tantum, aliquid quod simul est causa et causatum, XXI 48 B'. — Sed in creatis quatuor sunt causæ principales : materialis, finalis, formalis et efficiens, XX 376 B. Quid sit causa formalis, XX 334 C. Causa efficiens triplex est, XXIII 339 B', vel saltem duplex, XXIV 57 C', et causæ finali correlativa est, quod enim non est ab alio non est ad aliud, XXI 55 D'; in his, efficientibus nempe et finalibus, secundarius finis a primo dependet, et quum ab eo deviat, accidit peccatum, 306 B'. — Ex quibus causis aliæ includunt ordinem, distinctionem et separationem, XIX 482 D', aliæ ordinem et distinctionem, aliæ ordinem tantum, 483 A. — Causæ plures diversimode concurrere possunt ad eumdem effectum, XIX 286 D' : sic omnia quæ in universo a voluntate divina procedunt ordinante vel permittente, XX 543 D, ad hanc voluntatem relata, rationabilem causam habent quasi necessariam, 543 B', respectu vero inferiorum causarum causas habent naturales, sive indeterminatas, ut fortuita, 543 C', sive determinatas, et has necessarias vel liberas, 543 D'; sed quoties effectus a causa necessaria universali dependet et a causa particulari variabili, denominatur a causa particulari, et effectus est contingens, 518 D'. — *Cf.* Ratio.

In divinis non recipitur nomen causæ et effectus ad intra, nisi apud Græcos, XX 123 D, 285 B; ideo non usurpatur respectu personarum ad invicem, 285 A, C, B', et in his duplex dumtaxat est habitudo causæ, habitudo realis originis, et habitudo formæ secundum rationem, 349 A', 376 C; ad extra, etsi sat improprie, Deus dicitur causa, XIX 104 B. Sed ex quadruplici modo causandi, causæ materialis habitudo nullo modo Deo convenit, nec in se nec extra se, XX 376 B, conveniunt autem habitudines causæ finalis respectu ejus quod ab ipso est, non quod in ipso, *ibid.*, et causarum formalis et efficientis, tam quoad id quod ab ipso quam quod in ipso est, 376 C. Omnis ergo constructio in divinis respectu divinorum est secundum habitudinem causæ efficientis aut formalis, XX 376 D, respectu creaturarum, causæ efficientis, formalis et finalis, XIX 242 B, 376 A'. — Causalitas perfecta ad res producendas est in tribus personis, quia posterior est principio productionis in-

ternæ, quæ est generatio divina, XXI 81 B, sed dato quod esset una tantum persona, æque ibi esset, 81 D; sicut in agentibus libere, in voluntate essentialiter consistit, XX 609 C, 612 D. — An et quatenus scientia Dei causa sit rerum, aut econverso, XX 474 A, 480 B. — Quamvis sit Deus per se creator naturæ, XX 9 A', multa tamen per causas secundas producit, 17 A'. — *Cf.* Creatio, Providentia.

Intellectus in cognoscendo non sistit quousque ad primam deveniat causam, XIX 119 B', delectabilius enim et felicius est eam utcumque cognoscere quam quæcumque creata, *ibid.;* cognitio ejus ad sapientiam pertinet, aliarum causarum ad scientiam, 59 B. — Causa prima superior est omni narratione, XIX 36, et non narratur nisi per causas secundas, XXV 424 B'. Ratione tamen demonstrari potest, XIX 212 A', et ex ejus exsistentia probatur esse Deum, 146 D', et Deum unum, 148 A', sed non econtrario, XXI 59 D'. — Causæ primæ individuatio est sua bonitas pura, XXI 206 B', nec est ei diminutio nec complementum, XIX 36. — In omnibus causis principatur per suam providentiam, XXI 47 C, D, et in omnibus rebus est præterquam commisceatur eis, XX 434 C, et secundum unam dispositionem, 447 C, res omnes regens et influens super eas virtutem vitæ et bonitates, XXII 117 A', actum et potentiam, XIX 404 A; sed bonitates ejus a secundis intelligentiis non sunt receptibiles ea puritate qua sunt in ea, XXI 477 D', et virtus ejus a secundis recipitur secundum modum earum, XX 480 A. — Plus influit in omni operatione et effectu quam quæcumque causa secunda, XX 487 A, 488 A, XXII 114 B, 362 C', vehementius imprimit in causatum causæ secundæ quam ista, XXIV 314 B', et immediatius se habet ad quamlibet operationem naturæ quam agens quodvis naturale, XIX 482 B, quo enim prior est causa, eo et immediatior, 482 A; ideo remota influentia causæ secundæ, remanere potest influxus primæ, XXIV 314 B'. — Rebus necessitatem imponit ordinis, non absolutam, consequentiæ, non consequentis, XX 484 D, 487 D, ideo eam non sequitur effectus in necessitate et contingentia, 480 A, 484 B; imo, deficientibus causis secundis, effectu frustrari potest intento, 480 A, 484 C, 488 A, licet aliquo effectu nunquam careat, 628 B. — Causæ primæ non convenit alia movere per se ipsam, XXII 71 A', 76 A'; sed causis secundis ita cooperatur ut idem effectus immediate procedat a Deo et a naturali agente, XX 610 B, C, D, D', 612 B'. — *Cf.* Deus.

Causæ secundæ non ex se, sed causæ primæ influxu operantur, XX 437 D', et causæ primæ instrumentaliter cooperantur, 438 D, ita ut quælibet instrumentalis vocari possit etiam quoad proprium effectum, respectu primæ, XXIV 329 C', quæ ideo omnes secundarum effectus et operationes producit causalitate perfecta, XX 438 C', et modo sublimiori, XIX 217 A. Earum igitur operatio semper in operatione primæ fundatur et præsupponit eam, XXV 397 A', eique principaliter adscribitur, XIX 212 A. — Verumtamen vere producunt et formas educunt de potentia materiæ, XX 488 B, 610 C, C', nec dant motum tantum, ut vult Avicenna, 434 B', 435 B, sed esse in determinata natura, et secundum formam, in quo a causa prima differunt, quæ dat esse in natura generali, secundum materiam et formam, XXI 57 A'; ideoque cum prima effectum habent, sed diverso genere causandi, XX 488 B. — Causa secunda instrumentalis non participat actionem causæ superioris nisi per aliquid proprium dispositive operetur ad effectum principalis agentis, XXI 61 B', saltem communiter, quia sæpe per causas contrarias miracula operatur Deus, 62 A. — An a causa inferiori inferri possit necessitas superiori, XXV 405 D', 407 A. — *Cf.* Actio.

pore in Christo constituitur suppositum humanum, ac consequenter in eo duo sunt supposita, alterum creatum, alterum increatum, 137A', 141B', propter quod dicitur duo neutraliter, etsi unus masculine, 137A'; nec supposito Filio Dei supponitur hic homo, 137B', ideo adjectiva quæ significant quid æternum, de Filio Virginis dici nequeunt, sicut nec de Filio Dei quæ significant quid temporale, 137C', 141C : quæ opinio stare non valet, 138A', 140A, 199C, et hæretica est, juxta Thomam, 141B', C', teneri posset quoad aliqua, juxta Alexandrum, 142C', 143A', et Bonaventuram, 142C, dempto quod dicitur in Christo duo esse supposita, 142D. Secunda, quod ex anima et corpore non constituitur quid subsistens, et Christus, prout homo, non est aliquid, XXIII 135A', 137D', quia Verbum assumpsit non hominem, nec hominem hunc, 144C, D', 145B, C, sed humanam naturam, 136C, 137D', id est animam et corpus, 145A, B; idcirco in Christo non est nisi unum suppositum ex tribus constans, deitate, anima et carne, 136B, 138A, et Christus non modo unus est, sed unum, 136C, 138A, nempe persona Verbi, quæ simplex ante incarnationem, facta est composita, *ibid.*, et cui indifferenter applicari possunt adjectiva utrique naturæ propria, 138B : quæ opinio tenenda videtur in quantum dicit personam Christi in duabus subsistere naturis, altera propria, altera adventicia, 138B', non autem in quantum dicit eam esse compositam, 138C'. Tertia, quod anima et corpus non substantialiter, sed accidentaliter unita sunt per Verbum, XXIII 136D, 141D', quod assumpsit non hunc hominem, nec humanitatem, sed partes humanitatis, 138C; nec pertinent ad Verbi personalitatem, nisi extrinsecus, *ibid.*, ut vestimentum, 136D : quæ opinio jam damnata est, 136B', 138A', ut hæretica, juxta Thomam, 141D', contra Alexandrum, 143D. — *Cf.* Assumptio.

Natura igitur humana in Christo nunquam propriam personalitatem habuit, XXIII 144C, B', quia Christus a Verbo assumptus est, non ut homo, 144D', 145B, D, sed ut cujus humanitas a Verbo assumpta est, 145A, nec esse actuale præter esse suppositi, 147B, 152D', 155B, contra Durandum, 72A', 151A', et Scotum, 154B'; ideo nec persona nec res naturæ dicenda est, 142B, sed dici potest singularis, una et individua, 142A, quia indivisa est in se et divisa ab aliis, 144B', nec minor censenda est natura ceterorum, 155A'. Quomodo ei acciderit creari, generari, mori, XXIII 149B, 150C, 154C', 155B', et quale esse haberet sibi relicta, 150C'. — Christus itaque ut homo, nec persona est, XXIII 167A, 198A', 199D, D', 200C', 201C, nec individuum, nisi lato sensu, 166D', 199B', 200A, D', nec suppositum, nec res naturæ, 199B', 200A'; an dici valeat quis, 167B, vel aliquid, 199C', 200A', 201B. — An in eo sit tantum unum esse, XXIII 146B', negant primæ et tertiæ opinionis sequaces, 146B', 147C', 150B', affirmant secundæ sectatores, 146C', sed diversimode : unum est enim esse secundum hypostasim, duplex secundum naturam, juxta Thomam, 147D, unum exsistentiæ, duplex essentiæ, juxta Petrum, 148C', Richardum, 148C', 149A, et Bonaventuram, 150C, unum simpliciter, duplex secundum naturam hanc et illam, secundum Albertum, 149D, C', unum subsistentiæ, plura inexsistentiæ, juxta Durandum, 151D; imo duplex est esse essentiæ, juxta Henricum, 152D', cum uno actualis exsistentiæ, 153C, A', et uno ad aliquid, ratione divini suppositi, 153C, A', vel duplex esse essentiæ, secundum Scotum, cum uno actualis subsistentiæ et uno actualis exsistentiæ, 154D. — Nihil prohibet in eo poni plura individua, XXIII 140C, D, A', aut singularia aut particularia, 140C, A', sed nefas est ponere plura supposita, 139A, B, 140D, A', 142D, vel hyposta-

185B', 186A', 187D, 188A, quia filiatio proprietas est personæ, non naturæ, 187 C, et unus filius, 182D', 187B, quia una persona, 183A, 184B, D', 185B', 188A'. — Qui in Scriptura fratres et sorores ejus dicantur, XXV 103A. — *Cf.* Filius, Incarnatio.

Humanitas Christi fuit divinitatis organum et instrumentum, XXIII 148C, animatum ac proprium, 148D, et universas antecellit creaturas, XX 595B, inter Deum et summos angelos quasi media, XXI 494B, quoad naturalia quidem minor angelis, XIX 578C', 579A, sed quoad gratuita ineffabiliter major, 578D', XXI 564A, unde Christus secundum naturam assumptam eis inferior fuit, secundum assumentem præstantior, 527A, ut viator, minor, ut comprehensor, major, XIX 579A; ideo angelum custodem non habuit, XXI 547C, 549D', contra nonnullos, 549D, C', nec ab eis quidquam recepit fortitudinis, 547 D, 549A', aut scientiæ, XXIII 259B'. — An et quatenus melior esse potuerit, XX 595B, in ordine naturæ, 596C, vel gratiæ, 596D, A'.

Christus quoad corpus. Christus, quum fuerit homo verus, ejusdem speciei ac alii, essentialia hominis habere debuit, XXIII 78A', scilicet corpus verum, 78B', et animam veram, 78D', vere corpori unitam, 79B, in singularitate non naturæ, sed subsistentis in natura, 80D. — Ejus corpus, ob suam dignitatem, non ab angelis, sed a Deo immediate formari decuit, XIX 574C', D'; sed in ejus conceptione tria sunt, motus sanguinis, corporis formatio et augmentum, XXIII 84C', quorum nec primum nec ultimum in instanti fieri potuerunt, juxta Thomam, 84D', secundum vero in instanti factum est, *ibid.* Non igitur frustum carnis, ut ceteræ mulieres, concepit B. Virgo, XXIII 84B, sed corpus formatum, 85A, quantum requirebatur ad infusionem animæ, 85B, quod corpus postea, quadraginta sex diebus distinctum est et perfectum, 105B'. Et quia impossibile erat concipi corpus antequam assumeretur, XXIII 84D, eodem instanti concepta est caro, creata anima, et utraque alteri et Verbo unita, 84A'. — An et quomodo fuerit in Adam, XXII 401D, 404D', 410C, XXIII 106D, A', D', 107A', et in lumbis Abrahæ, 104C'. An ad ejus conceptionem active cooperata sit B. Virgo, XXIII 86B, 98D', 103B, et illum conceperit naturaliter an miraculose, XXII 103D, 104B, XXIII 102A'. — Christi corpus non phantasticum fuit, nec cœleste, sed carneum, XXIII 78B', sed optimæ complexionis, quam a Spiritu Sancto accepit, XXII 104B, non a stella nativitatis, 103C, et justæ staturæ, inter nimis longam et brevem nimis, XXIII 85C, XXV 274C.

Quoad animam. Veram animam habuit Christus, XXIII 78D', id est vegetativam, sensitivam et rationalem, 78A', cum utroque intellectu, agente et possibili, 248A', non ante carnem creatam, sed simul, 84A', et vere carni unitam, 79B, cujus unica fuit forma substantialis, 85C', et Verbo, 77B', quod, ea mediante, carnem sibi conjunxit, 79C, 81 D, 83C, et eam, mediante spiritu, 78B, 80A. — An magis vel minus conjungatur carni quam deitas, XXIII 79D'.

De scientia Christi. Quæ in Christo ad personam pertinent, necessario unum sunt, XXIII 246D, ideo ipsius unicus est tantum conceptus, 374B, contra Scotum, 372D', quæ vero ad naturas, vel unum vel plura esse possunt, 246A'. — In eo igitur multiplex ponenda est scientia, XXIII 246B', 248D, nempe alia increata infinita, 247C, alia creata beatifica, qua Verbum æternum per speciem cognovit, et universa quæ in eo relucent, 248A, 250B, 263A, alia creata, infusa et habitualis, 246D, C', 263A, B, animam ejus informans, 247D, qua res cognovit in propriis naturis, 248B, 263A, demum, juxta Thomam et alios, scientia experimentalis acquisita, 248D, 251A'. Vel,

tum, XXIV 498A', nec omnimode, 500A, B', sed huic et illi, 498B', 500B, C', et illud claudit, negative, impedimentum intrandi non removendo, 499A; infernum autem proprie nec claudit nec aperit, quia gratiam conferre nequit, 498C. — In ministris Ecclesiæ clavis essentialiter idem est ac sacerdotalis character, XXIV 498C', et potestas conficiendi, a quibus ratione tantum differt, 398D', 500C, contra Scotum, 510B, et est potestas supernaturalis desuper data, 500C, cum ipso ordine, 499A, quæ a sacerdote essentialiter auferri nequit, sed tantum ligari, 519B'. Quilibet ergo sacerdos claves recipit, etsi non clavium usum, qui confertur cum jurisdictione, XXIV 499A, 510A', et vi clavium, seclusa ordinatione Ecclesiæ, quemlibet peccatorem a quolibet peccato posset absolvere, 519A'. — Clavis potestas in sacerdote ad effectum Pœnitentiæ se habet ut aqua in Baptismo, juxta Thomam, XXIV 506B, et operatur, non modo ad dimissionem pœnæ, ut volunt aliqui, 506D, 509A', sed ad remissionem culpæ, sicut aqua in Baptismo, 506B, non virtute propria, sed ut instrumentum Dei, 506C, 508D, ad quem solum pertinet per se remittere culpam, 506B. In usu igitur clavium cooperatur sacerdos ad remissionem culpæ, non modo per modum deprecantis aut impetrantis, XXIV 509B, alias non plus conferret quam sacerdotes V. L. aut fideles pii, 509C, sed dispositive et instrumentaliter, 506B', 508D, aliquid realiter remittendo de culpa, 502A. Pari modo ad pœnæ remissionem dispositive cooperatur, sive æternæ, XXIV 508A', sive purgatoriæ, 505B, 507A, eam commutando, 509B', vel relaxando, 509D'; clavibus enim subest thesaurus Ecclesiæ, 504C, unde per absolutionem pœnitenti pars remittitur pœnæ temporalis, 504B, D, et qui ampliorem habet jurisdictionem, plus ex ea dimittere valet, 505D, imo potest eam ex toto auferre, 507D. Verumtamen, quum in usu clavium minister sit dumtaxat et instrumentum, XXIV 507B', non ad libitum, sed prout requirit justitia, eis uti debet, *ibid.*, omnibus debitam imponens pœnam, 507C', nisi suadeat ratio eam prudenter esse moderandam, 507D'. — An clavis errare possit, XXIV 502B. — *Cf.* Absolutio.

Recte sacerdotibus commissa est potestas clavium, quia ad eos pertinet esse mediatores inter Deum et homines, XXIV 527B'; et quia sacerdotalem characterem sequitur, in schismaticis, hæreticis, excommunicatis et degradatis non tollitur, sed suspenditur, 524B', 525D; in usu enim clavium Christus principale est agens, ceteri causæ instrumentales, 524C', et ad hoc sufficit ministerium, etiam sine sanctitate, 525B, nec sufficit sanctitas sine ministerio, 524D'. — Etsi autem una sit cœlorum janua, XXIV 499D, duplex Ecclesiæ data est clavis, 497B, 499B, 501B', altera ad discernendum seu judicandum, altera ad solvendum, 499D, 501A, D, sed una est clavis essentia, duplex operatione, juxta Thomam, 499A', 500D, contra alios, 501C', 510B. Prima, quæ potius dicitur gladius, seu potestas ligandi et solvendi in foro judiciali, pertinet ad prælatos, XXIV 518D, et communitates, 524A', altera, quæ proprie nuncupatur clavis, seu potestas ligandi et solvendi in foro pœnitentiali, spectat ad omnes sacerdotes, 518D, 524D. Alia igitur est clavis ordinis, quæ est quid sacramentale, XXIV 553D, alia clavis jurisdictionis, quæ ad bonum Ecclesiæ attinet, 553A', C'; prima simplex sacerdos remissionem pœnæ taxare nequit, 553D, secunda prælatus, etiam non sacerdos, indulgentias concedere potest, 553A'. — Episcopo, quum in consecratione novum ordinem non accipiat, non datur clavis nova, sed major, XXIV 527D'. — Ad usum enim clavium utraque requiritur potestas, ordinis et jurisdictionis, XXIV 526A, quarum prima in omnibus sacerdotibus

æqualis est, altera vero inæqualis, 525 D', 526 D'; et qui indistincta gaudent jurisdictione, ut prælati, in quemlibet clavibus uti possunt, 525 C', qui vero distincta, ut inferiores sacerdotes, in eos tantum qui eorum jurisdictioni subduntur, *ibid.* Etsi igitur ordinis potestas ad universa extendatur peccata, jurisdictionis potestas inferioribus committitur cum restrictione, XXIV 526 B, unde quinque vulgo excipiuntur casus, de quibus absolvere nequit simplex sacerdos, 526 C, item et irregularitates sequentes peccatum, etsi de peccatis ipsis absolvere valeat, 526 D. — Apostolis communiter data est ligandi et solvendi potestas quæ sequitur ordinem, XXIV 525 D', Petro autem singulariter potestas jurisdictionis, 526 A; imo ipsi soli collatæ videntur claves, ut ex eo omnem potestatem ostenderetur descendere, XXV 33 D'. — Mulieribus, ob statum subjectionis, non convenit usus clavium, XXIV 524 D; an V. L. sacerdotes illum habuerint, 523 C', 526 D', 527 D. — *Cf.* Jurisdictio.

An scientia in sacerdote clavis sit, negat Thomas, XXIV 499 A', 510 B, sed affirmant alii, 500 D', 501 C; a quibusdam dicitur anteclavis, 501 B'. *Cf.* Confessarius.

CLEMENS philosophus, id est Clemens Alexandrinus, seu juxta Cartusianum, Clemens (S.) Papa I (91-120), B. Petri discipulus, sed ante conversionem magnus philosophus et excellens astronomus, XX 403 C', asserens nobiliora in entibus exemplaria esse minus nobilium, 397 B, a quibusdam reprobatur, 400 C, 403 A'; errasse tamen non videtur, quoniam verba ejus aliqualem habent veritatem, 403 C'. — Allegatur de confirmandis, XXV 213 C', et ordinandis, 19 B'.

CLEMENS Papa III (1187-1191) peccata confessariis privilegiatis recitata proprio parocho iterum non confitenda decrevit, XXIV 491 A'.

CLEMENS Papa IV (1265-1268) jus episcoporum ad audiendas diœcesanorum confessiones invitis curatis tuetur, XXIV 484 B'.

CLERICATUS. Clericis competit tonsuram in modum coronæ in capite deferre, ob dignitatem quasi regiam, XXV 12 D, et ad significandam perfectionem ad quam adstringuntur, 12 A'; ideo clericali privilegio utentes eam portare tenentur et ad hoc compellendi sunt, 14 A, etiam uxorati generatim, 14 B, non tamen bigami, 14 B', nec actus exercentes clericali statui repugnantes, 13 D', qui sic agentes peccant, *ibid.*, et clericali privilegio privari merentur, 14 A. Hoc est autem privilegium, quod violentam in eos manum injicientes excommunicationem Papæ reservatam incurrunt, XXIV 516 A', octo personarum generibus exceptis, 516 B', et septem casibus, 516 C'. — Item in sacris constituti ad horas canonicas tenentur ex officio, beneficiati ex beneficio, in sacris constituti et beneficiati simul, ex utroque, XXV 15 A. — Clericorum officiis repugnant matrimonii curæ, XXV 158 A, ideo uxoratis non permittitur ordinis cujuslibet exsecutio, 158 A', nec proinde ecclesiastici beneficii possessio, 158 B'. Quid de uxorato sacros ordines recipiente, XXV 158 B', volente vel invita uxore, 158 C'; an possit debitum illi reddere vel ab ea petere, 84 A'. — Clericis non interdicitur temporalium possessio, XXV 12 D', nisi communem professi sint vitam, 13 C', sed tantum immoderata dilectio et sollicitudo, 13 B; ideo patrimonia possidere valent, 14 B', an vero feuda, incertum est, *ibid.* Promotis ad sacros ordines et indigentibus providere tenetur Ecclesia, XXV 13 B, D', aliis autem minime, 13 C. — A delicata vita prohibentur, a pretiosis vestibus, XXV 53 B', C', et ludo alearum, XXIV 413 C, imo a ludentium adspectu, 413 A'. Peccant et ad restitutionem tenentur non deservientes, XXIV 414 A, non residentes, 414 B, res ecclesiasticas histrionibus aut joculatoribus

ci, partim lucidi, ut cœlum stellarum, alii penitus lucidi, ut empyreum, XXI 154C; an sint solidi, XXII 63D, 64A', aut scissibiles, 63A', 67C; an se movendo concentum emittant, 63B'. — *Cf.* Orbis, Sphæra.

Cœlum empyreum ratione investigari nequit, quia nec visui nec motui subjacet, XXI 151B', et philosophos latuisse videtur, 150A', 151C'; sed illud esse multæ suadent rationes, auctoritas Sanctorum, 151B, B', 152C', 153C', perfectio universi, 150C', 154C', entium ordo, 154C, 155B, D, B', gloria Dei, cui competit pulcherrimum habere palatium, 157B', angelorum et Beatorum excellentia, quibus congrua debetur habitatio, 150B', 153B, 154B, D', 156B, 157A, B. — Corporale est, XXI 151B, et, ut videtur quibusdam, ejusdem ordinis ac naturalia corpora, 161D', sed quia contemplationis est locus, dicitur quandoque intellectuale, 150B', 151B', 154B. Præcipue lucidum est, XXI 151C', et totum luminosum, 154D, etsi radios non emittat, 152B, nec illuminet aerem, 153D, 154A', nec stellas habeat, 154D, B', nec illuminetur a sole, 154D'; immobile, 151 C', 156C', 157A, A', licet sit corpus naturale, 152B'; uniforme, 154C, XXII 61B', 62C, indivisibile et incorruptibile, XXI 151C', XXV 282B', quamvis forsan Beatorum voce et motu scindatur, XXI 152A', et saltem gloriosis corporibus sit penetrabile, XXV 282A'. — Prima est inter omnes substantias corporales activas, XXI 125A, nobilissimum omnium corporum, 151D, in supremo loco positum, 156D', supra omnes cœlos mobiles, 154D', 155B, 156C', primum immobile et primum subjectum ævi, 137A, omnino quietum et absque variatione, 140A, cor universi, 157C, continentia omnium creaturarum, visibilium et invisibilium, 137A, 151A, 153C', 156A'; unde illi adsit potentia omnia continendi, 164B, etiam spiritus, 163D'. — Sic dictum est, non ab igne, XXI 151C, sed a luce, XXII 53A, scilicet ob peculiarem splendorem, 53C'. — In principio factum est, XXI 154C', 157C', simul cum angelis, 151A', et ad illos continendos, 152D', 153D', et mox factum repletum est illis, 151C, D, 152D'. — Dei est aula, palatium et sedes, XXI 82A', 83C', 156D, thronus, 157D, et sacrarium, 157B, ad laudem ejus ab initio quodammodo consecratum, 156D, locus proprius, non necessarius, sed congruus, angelorum, XX 452D, B', XXI 150D', 151B, 156A, 171D', animarum beatarum, 150D', 151B, 152D', 154D', et corporum glorificatorum, 150D', 151 B', 154B, 157A, negante tamen Parisiensi, quia nec spirationi videtur aptum, nec decet illud calcari, XXII 56D', locus contemplationis, XXI 156C, gloriæ et felicitatis, 156C', non corporalium, sed spiritualium, XXII 153A'. — Ibi creati sunt angeli, XXI 151A'; inde cecidit Lucifer, 151B; ad illud ascendit Christus, XXIII 393C, et raptus est Paulus, XXI 153 D'; ibi sunt humanitas Christi definitive (quoad animam) aut circumscriptive (quoad corpus), 151A, angeli et Beati definitive, 151; quo ordine ibi sint angeli, 171B, C'; quomodo ibi locuturi sint Beati, XXV 477C'. — An in inferiora influat, negant quidam, quia ad futurum hominis statum pertinet, non ad præsentem, XXI 158C', 160B', et insuper motum non habet quo influere possit, 159D'; sed communius affirmatur, quoniam omnium corporum est formalissimum et actualissimum, 158B, mole et virtute maximum, 159A, quod indecens esset omni carere influentia et operatione, 158A, 159B, 160D', 162C; nec verum est illud ad futurum dumtaxat statum respicere, 160D', 161A, et motu indigere ad influendum, 160D, C', 161B. Influere igitur videtur in secundum cœlum, 159C, 160C', et in corpora humana, 161A, ad susceptionem animæ rationalis, 158B'; an uniformiter influat, 159 C, 161D. — Etsi in eo peccaverint dæmones, purgatione non indiget, nec in

fine sæculi igne purgabitur, XXV 373 C', etsi forsan post judicium innovetur, XXI 158 D', 159 B'. — *Cf.* Beatitudo, Paradisus.

Cœlum crystallinum seu aqueum, seu nona sphæra, XXII 53 A, paucis cognitum est, quia sensibus non subjacet, 83 A', sed in Scripturis aperte designatur, 83 B', et ratione probatur, necesse enim est illud ponere, ut sit in mundo mobile primum, 82 A', dans inferioribus motum diurnum, 82 D', eaque servans in esse generico et specifico, 83 A, cœlum enim stellatum et cœli planetarum, quum multos habeant motus difformes, primum mobile esse nequeunt, 82 A. — Sic dicitur, sive quia ex crystallo seu gelidis aquis compactum est, XXII 55 D', 56 A, sive ex colore sapphirino, 56 A, sive ex soliditate, 56 D, aut diaphaneitate, 53 A, C'. — Ex aqua dicitur factum, XXII 52 A, id est ex aquis gelidis, 56 B, seu potius ex informi materia, 50 A', aut ex rariori primordialis materiæ parte, 54 A', et in mundo positum est tanquam cerebrum, ad refrigerandum ætheris ardorem, 52 A. — Lucidum est, sed non luce sensibili, XXII 51 C', 54 B', uniforme in partibus et in motu, 83 A, quia diversitate caret luminarium et stellarum, 83 A', et mobile, 61 B', 62 C. — Ad generationem inferiorum ordinatum est, XXIII 393 D, et ad sensitivæ animæ susceptionem confert, XXI 158 B', nec Beatorum mansio esse potest, XXIII 393 D, sed eis quasi pro terra erit, quia super illud pedes reponent, XXV 282 D, 478 A. — Quanta moveatur velocitate, XXV 298 C.

Cœlum sidereum seu stellatum æque distat a cœlo empyreo et a terra, et dicitur firmamentum, XXII 14 A'. — Igneum est, juxta Porphyrium, XXI 153 B', aqueum, secundum Platonem, 153 C', partim lucidum, partim opacum, 154 C, mobile, non uniforme, XXII 61 B', 62 C, adeo firmum ut partes ejus ab invicem dividi nequeant virtute creata, XXV 282 A'. — Quum in eo sint multi motus difformes, primum mobile esse nequit, XXII 82 A', sed propter suas difformitates varia operatur in inferioribus, 83 B; ad conciliationem mixtorum in mixto confert, et ad vegetativæ animæ susceptionem, XXI 158 B'. — *Cf.* Firmamentum.

Cœlum igneum lumen recipit inseparabiliter secundum superficiem superiorem seu convexam, XXII 61 C', et est regio ignis superior, 62 D. In fine sæculi calore solvetur, XXV 370 B'.

Cœlum olympium lumen recipit inseparabiliter secundum superficiem inferiorem seu concavam, XXII 61 D', et est regio ignis inferior, 62 D.

Cœlum ætherium superior est aeris regio, XXII 62 A, D, et lumen recipit separabiliter, 62 A.

Cœlum aerium, seu inferior aeris regio, XXII 62 A, A', pariter receptivum est luminis separabiliter, 62 A. In fine sæculi calore solvetur, XXV 370 B'.

Cœlestia per creationem fieri necesse fuit, XXI 64 A'. — In ipsis esse materiam tenetur communiter, XXI 200 D', XXII 23 A, 25 A, contra Averroem, 23 A', 24 B', non tamen eamdem ac corruptibilium, juxta plerosque, 21 C', 22 B, 23 C, B', 25 C', contra alios, 20 A', 24 D, 25 C; ideo cum inferioribus non conveniunt genere, XXI 270 B'. An saltem omnium sit una materia, XXII 23 B', 24 B', aut ab invicem specie differant, 24 B, 25 C. — An sint animata et intellectualis naturæ, annuerunt plerique philosophi, Platonici videlicet, XXII 68 B', 71 B, 73 B', Peripatetici, 70 B', 72 A, 73 B', et Stoici, 74 B', qui ipsis nobilissimas tribuebant animas, XXI 416 A, 444 C', eaque inter deos recensebant, 414 B, 415 D', imo et nonnulli Patres, XXII 68 C'; sed plane incertum est, 78 C', imo falsum videtur, 77 D, quia multis patet objectionibus, 71 A', 72 C, 78 D, et multorum Patrum documentis contradicit, 71 D, 72 D', 74 A, et Parisiis damnatum est, 72 C. Insuper non sunt capacia animæ vegetativæ et sensitivæ, XXII 68 A', 69 A, 70 D', 72 B,

modo contrariatur matrimonio, 205 B. — Per catechismum non contrahitur, XXV 205 D, nec per prædicationem, 205 B', C', nec per confessionem, 205 C', D', nec per pastoralem curam, 202 D', 206 A, sed per sacramenta, 205 D, ea saltem quæ spiritualem operantur regenerationem, 205 C, Baptismum nimirum et Confirmationem, 205 A'. Idcirco inter patrinum viget et baptizatum, XXV 206 C, vel confirmatum, 205 A', item inter baptizatum aut confirmatum et filios patrini, 206 C', non autem inter patrinum et matrinam, 206 B', nec inter baptizatum et patrem aut matrem patrini, 206 B'; unde tres sunt cognationis hujus species, spiritualis paternitas, compaternitas et fraternitas, 206 C'; gradus autem non habet, 206 D'. An transeat a viro in uxorem, XXV 206 B, D, a fratre in fratrem, 207 A. — Matrimonium futurum impedit et contractum dirimit, XXV 204 C', 206 D'; conjugio superveniens, vinculum quidem non solvit, sed conjugalem actum modo impedit, modo non, 205 A. — *Cf.* Baptismus, Confirmatio.

COGNITIO. Multiplex est cognitio : conjecturalis vel certitudinalis, XXV 463 A, mediata vel immediata, XIX 220 D, speculativa vel affectiva, XXI 400 A, abstractiva vel intuitiva, 267 A, etsi quælibet recte dici possit intuitiva, 271 D', quoad quia est vel quoad quid est, XIX 220 D, D', XXI 269 D', in universali, in particulari, 220 D', vel in singulari, XXV 406 B, et in universali duplex, XXI 251 A', per propriam considerationem, aut alterius instructionem, XXV 462 D', per scientiam aut revelationem, XXI 72 A', XXV 462 B, per naturam vel per gratiam, XXI 398 C'. — Item, aliud est cognoscere per se, aliud per accidens, XIX 217 D', aliud per vestigium, aliud in vestigio, XIX 236 D, aliud per creaturam, aliud in creatura, 236 D, B', aliud in se, aliud in alio, XX 346 B, aut in speculo, XXI 268 C. — Item, alia est cognitio sensibilis, quæ circa accidentalia rei fertur, et intellectualis, quæ esse rei intuetur, XXIII 572 D'; sensibile enim cognoscibile est secundum quantitatem dimensivam aut virtualem, XXV 417 C', intelligibile, secundum quantitatem virtualem, 418 A, et per accidens, secundum dimensivam, 417 D'. An de necessitate omnis intellectualis cognitio a sensibili oriatur, XIX 270 C', 273 C', 274 A, 551 D'. — Item, alia est cognitio secundum visum, quæ proprie dicitur scientia, alia secundum gustum, quæ dicitur sapientia, XIX 68 C'; hinc theologia proprie dicitur sapientia, item metaphysica, licet minus proprie, ceteræ scientiæ, scientiæ simpliciter dicuntur, 68 D', quia ad movendum affectum non docentur, 69 A. — *Cf.* Sapientia, Scientia.

Vis cognitiva in homine in cerebro sita est, juxta Platonem, XXII 136 A; latius patet quam practica, multa enim cognoscimus quæ operari non valemus, XXIII 459 C'. — Hujus actus non in se ipso terminatur, sed ordinatur ad appetitivæ actum, XIX 115 A', nec delectabilis est nisi mediante actu appetitivæ, *ibid.;* unde ad rationem beatitudinis et fruitionis requiritur, 116 B, D, et præcedit delectationem, 116 D. — An vis cognitiva prior sit vel dignior appetitiva, XXIII 473 A. — In parte cognitiva duplex est regula agendorum, altera universalis (lex æterna), altera particularis (ratio recta), XXII 527 B', nec nisi accidentaliter in ea accidit peccatum, 285 D, B'. — *Cf.* Appetitus.

In cognitione duplex est operatio, alia qua anima res facit actu intelligibiles, eas sibi assimilando, alia qua eas cognoscit, eis se assimilando, XXIII 247 B'; ad primam lumine intellectus agentis indiget, ad secundam diversis scientialibus habitibus, 247 D'. — Ad intellectivam cognitionem tria requiruntur : potentia intellectiva, lumen intellectuale et rei similitudo, XXIII 261 D, unde in ea inveniri dicitur vestigium Trinitatis, XIX 239 A'. In qualibet enim cognitione aliqua

exigitur forma, qua res cognoscatur, XXV 416 A, ex qua et intellectus fit unum in intelligendo, 416 A', in quo uno intellectus possibilis est quasi materia, species intelligibilis quasi forma, intellectus actu intelligens quasi compositum, 416 B'. Omnis igitur cognitio intellectualis fit per aliquam speciem seu similitudinem rei intellectæ in intellectu cognoscentis, XXII 255 D, vel per aliquid se habens per modum formæ intelligibilis, *ibid.;* quod tribus modis fieri potest, per præsentiam rei cognitæ in cognoscente, vel per præsentiam similitudinis ejus in potentia cognoscitiva, XXI 268 C, vel per præsentiam similitudinis cogniti in alia re, ut in speculo, *ibid.,* seu, ut dicunt alii, per formam propriam, aut alius similis, 269 A. Quæcumque autem res per se subsistens, si sit forma tantum, forma esse potest alicujus materiæ, XXV 416 A', ideo res quælibet pure intelligibilis, et ipsa essentia divina, forma esse potest qua intelligit intellectus, 416 B', et cognoscentia a non cognoscentibus in hoc differunt, quod præter propriam formam habere possunt formam alterius, alia non, XX 383 B. — Insuper, lumine intellectuali indiget homo in cognitione tam naturali quam supernaturali, XXIII 247 D, angelus in cognitione supernaturali tantum, quia ad naturalem sufficiunt ei species innatæ, 247 A'. Et sic triplex perhibetur medium cognoscendi, nempe medium sub quo, medium quo, XXV 417 B, et medium in quo, 417 C, ex quibus nec secundum nec tertium in patria habentur, *ibid.* — Demum alia est cognitio per inventionem, ex ordinarie contingentibus inquirendo, XXIII 550 A', ad quam requiritur virtus eubuliæ et donum consilii, 550 B', alia per judicium, ex ordinarie contingentibus judicando, 550 C', quæ duabus eget virtutibus, gnome et synesi, et dono scientiæ, *ibid.* — *Cf.* Forma, Lumen, Species.

Cognitio fit ad modum non rei cognitæ, sed cognoscentis, XIX 216 B, et per speciem cognoscenti proportionatam, *ibid.,* unde materialia cognoscit intellectus per abstractionem, angelos et Deum per impressionem eorum in ipsum, 216 C. Actus enim cognitivæ potentiæ per hoc perficitur quod cognitum est in cognoscente per modum ipsi convenientem, XX 24 A', XXI 267 D', XXV 425 B, cognitum autem est in cognoscente secundum modum cognoscentis, XXI 267 D', cujuslibet ergo cognitio est secundum modum propriæ naturæ, *ibid.* Et quum actus cognitionis fiat juxta modum cognoscentis, extra cognoscentis limites extendi nequit, XIX 219 D. — Similiter modus cognoscendi modo essendi cognoscentis assimilatur, non rei cognitæ, XX 385 C, et ideo scire malum non est malum, XXII 520 C', 522 A', 523 B, A', et sic sanctissime Deus fœda et prava cognoscit, XX 385 C. — Ad cognoscendum utitur homo intellectu agente, XIX 87 B, quo non apprehenditur nisi quod a sensibilibus abstrahitur, 87 C, ideo perfecte cognoscere nequit nisi sensibilia, *ibid.;* sed cognitio rei ab ejus esse vel non esse præscindit, XXI 191 C', et ab omnibus conditionibus quæ rem sequuntur, 192 A. — Cognitioni obstat materia, XX 382 B', quia coarctatio est formæ, 383 C, quæ est cognoscendi principium, 382 B', ideo secundum gradum immaterialitatis gradus est cognitionis, 383 C; item obstat distantia, saltem pro rebus quarum in intellectu non habetur species, XXV 462 C. — Cognitio, quantum ad tria, potest esse alia alia major, XXIII 261 A'; septem ejus enumerantur gradus, XX 137 A'; imperfecta duplici modo dici potest, XIX 244 B. — Per se nota dicitur propositio quæ expositis terminis statim cognoscitur, XIX 222 B, B', saltem a sapientibus, 223 A, seu cujus prædicatum includitur in ratione sui subjecti, 222 D'. Evidentem habet veritatem, XIX 226 C, nec probatione indiget, 227 B, nec directe negari potest, 224 B, sed a quolibet

fecte, 296C, 299B', 301B, malis autem minime, ante lapsum, 295D', 299D', 300 B, nisi imperfecte, 296D, 300A, qualis etiam modo in ipsis permanet, 296 D, contradicente Udalrico, 301 B; altera vespertina, seu rerum in se ipsis, 297 B, B', 298 C, 299 B, 300 C, quæ angelis omnibus concreata est, 301 A', et in omnibus perseverat, tam bonis, 296 D, 297B, 300B, quam malis, 298A', quia ipsis naturalis est, 297 D'. In angelis ergo simul sunt cognitio matutina et vespertina, XXI 297D', 299B, 300B, nec differunt, nisi quoad modum cognoscendi, 297D, XXIII 261B, et quoad scientiæ claritatem, quia decoloratior est vespertina, XXI 297 D, et clarior matutina, 298B, clarius enim videtur creatura in Deo quam in se ipsa, 299C'. — An etiam in angelis detur cognitio diurna, XXI 297B', aut meridiana, 297C', 298A, 299 C', aut nocturna, 298D'. — In essentia autem divina impossibile est creatum intellectum omnia videre quæ Deus facere potest, XXV 418B', 423 A, alioqui æquaretur Deo, 418C', sed videre possibile est omnia quæ scit Deus scientia visionis, *ibid.*, et hoc animæ Christi concessum est, *ibid.*, non autem aliis, *ibid.*, quum et inferiores angeli a superioribus doceantur, 418 D'. Etsi enim divina essentia omnium scientiam contineat, XXV 419 C, se quantum vult manifestat, 419A', 423 A, et quantum capax est videntis intellectus, 419D; ideo, quanto quis clarius Deum videt, tanto plura in eo cognoscit, et hæc inferiores docere potest, 418D'. Omnes tamen in eo vident quidquid scire cupiunt, XXV 419A', et sic usque ad diem judicii, tam angeli quam Beati in cognitione multitudinis cognoscibilium crescere possunt, quin in divinæ essentiæ cognitione crescant, 413D, 419A; sed peracto judicio, ultra non proficient, 419A, B', et ea omnes scient quæ scit Deus scientia visionis, 419D'. — *Cf.* Angelus, Beatitudo.

De cognitione Christi. Vide Christus.

De cognitione hominis. Homo nec se ipsum per se cognoscere valet, sicut Deus et angeli, XIX 180B', nec cetera per species universales innatas, sicut angeli, 76D', sed per species a sensibilibus et phantasmatibus extractas, 76C'; in ordine igitur intellectuum infimum locum tenet, 180B'. — Quomodo præceptum impleat, Cognosce te ipsum, XIX 274B. — *Cf.* Adam.

De cognoscibilitate Dei. Quantum quisque habet entitatis, tantum et cognoscibilitatis, XIX 221C'. Deus ergo infinitæ est cognoscibilitatis, XX 24A', 135C', quamvis mediate tantum a viatoribus cognoscatur, 24D, et remote, 24B', ob infirmitatem intellectus creati, XIX 217C, 221D', qui eum videre nequit nisi per speciem, 81A, 82A, XXII 255 A'. — An et quatenus sit per se notus, XIX 222D et s. — Multiplici modo cognosci potest tam in via quam in patria, XXII 255D, XXV 431D', in actu vel in habitu, XIX 225C', in universali vel in particulari, XXI 279D, per illuminationem divinam, aut temporales effectus divinæ virtutis, 266C, per fidem, contemplationem, apparitionem, apertam visionem, XXII 254D, cognitione abstractiva vel intuitiva, XXI 267A. An cognoscibilis sit facie ad faciem, XIX 215C', vel a præsentialitate, 215 D'; an a nobis cognoscatur per accidens, 218A, C, univoce vel analogice, 218A, D, 219A, in generali vel in speciali, XXV 423A, 424 A, cognitione distincta, XXI 271D, B', aut quoad quid est, 269D, D'; quomodo et a quibus cognoscatur per vestigium vel in vestigio, XIX 236D' et s. — Item sub multiplici respectu apprehendi potest, XIX 81C, et primo et generalissime sub ratione entis, 243A'; an facilius intelligatur sub ratione infiniti quam sub ratione deitatis, 81A, D'. — Quum hominis cognitio incipiat a sensu, Deum videri nequit, XIX 216D, sed tantum ipsius habitudinem ad creaturas et diffe-

nequit vovens vota propria auctoritate commutare, XXV 173A', sed qui duo vovit, ad utrumque tenetur, si sint compossibilia, 173B', secus, ad majus, 173 C'. Quia tamen religionis votum omnia alia temporalia includit, XXV 173A', in illud commutari, etiam propria auctoritate possunt, 173B', et per ingressum in religionem solvuntur, 173D'. — *Cf.* Votum.

COMPARATIO. An et quatenus Deus et creatura sint comparabiles, XX 184A. *Cf.* Similitudo.

COMPASSIO est passio appetitus sensitivi aut appetitus superioris, XXIV 417B', quæ alienam miseriam quasi propriam reputat, 417A', et movet ad subveniendum ei, 417B'; primo in ratione est, et ex ratione redundat in sensualitatem, XXIII 286A'. — Quoad voluntatem subveniendi, est in angelis, XXIII 283D'; quoad voluntatem subveniendi et dolorem seu tristitiam simul, fuit in Christo, 283D', 284B, intensissime, 287A, imo ipso passionis dolore intensior, 286D', et magis aliorum compassiones excedens quam passio Christi aliorum passiones, *ibid.* — *Cf.* Passio.

COMPLACENTIA. Amor complacentiæ est amor boni habiti, XX 19B', in quo quiescimus, 18C', 19C; tam circa animata versatur quam circa inanimata, 19B'. *Cf.* Amor.

COMPOSITIO. Multa sunt compositionis genera vel gradus, quæ varie a variis assignantur, XIX 389C, 395C, 401B', 402C, 403A, XXI 168C', XXII 144B, XXIII 159C. — In omni composito est aliquid per modum materiæ perfectibilis, aliquid per modum actus perficientis, XIX 321B', et per materiam patitur compositum, per formam agit, XXIII 100B. Composito dumtaxat competit fieri et esse, XXII 171C', sed in eo quidditas non est quod est, sed quo est, 186C'. In compositis contendit Scotus plures esse formas substantiales, aliam completivam, quæ est actus compositi, et alias inferiores, quæ disponunt materiam, XXIV 288B, sed perperam, 288D. — Omne compositum est indigens, XIX 172A', 369D', indigens scilicet alio aut partibus ex quibus componitur, 174A, 388D, posterius his ex quibus componitur, 388C', et in ea resolubile, 388D, et necessario habet causam, 388D', 389B', C'; ideo simplicissimo Deo repugnat quælibet compositio, 172A, 388D, D', 389C, 395 B', XXI 194D, et componibilitas, quæ est quidam actualitatis defectus, XIX 398D; simplicitatem tamen ejus exprimere non valemus simplici sed composita voce, XX 373C'. — In omni autem creatura est differentia, dependentia, XIX 401C', 402B, componibilitas, 402D, B', et compositio, 401B', 402B, D, quibus deficit a simplicitate divina, 402D, B', 404B', imo multiplex compositio: ex substantia et accidente, actu et potentia, genere et differentia, XIX 402B, XXI 196A', ex quo est et quod est, XIX 402 A', 403B', D', 404A, C', XXI 196B', 199 D, ex esse et essentia, 191C, 195B', ex quo est et quis est, 196B', ex infinito et finito, 185B', ex indivisibili et divisibili, 203A, et quoad corporea saltem, ex materia et forma, 199D, ex partibus integrantibus et dissimilibus, XIX 401C'. — An in angelis sit realis compositio ex esse et essentia, XXI 190A, ex materia et forma, 187A', 188D, 189A', 196B', D', 199C, ex actu et potentia, 187A, 196 A', 199C, contradicit Cartusianus, 202A, asserens in eis actum et potentiam non realiter differre, 202D, sed angelicam essentiam dici potentiam in quantum natura est deficiens, et actum in quantum Divinitatis perfectionem participat, 202B'. — An Christi persona sit composita, XXIII 159B et s. — In omni genere rerum ubi invenitur medium compositum, necesse est extrema esse simplicia, XXI 48A', ideo primum principium necesse est esse simplex, non compositum, 50D. — *Cf.* Mixtum, Simplicitas.

COMPREHENSIO. Varie sumitur verbum

comprehendere, nempe pro clare videre, XXIII 254A, vel attingere terminos rei cognitæ, 258C, aut eos in se claudere, 254A, vel attingere objectum secundum suæ cognoscibilitatis rationem, 255 A', quod æqualitatem requirit inter intellectum et essentiam rei cognitæ, 255 B'. — Illa ergo plene comprehendere dicitur anima, quæ non superant lumen intellectus et similitudinem rei intellectæ, XXIII 255B'; imperfecte comprehendit quæ superant lumen intellectus, 255C', nullo modo quæ rei similitudinem superant, 255B'. Id proprie comprehendi dicitur, quod totum capitur simul et in comprehendente includitur, XXV 417 B', et sic res ab aliquo comprehenditur, quum stat sub actu virtutis ejus cognoscitivæ nec ipsam excedit, 417C'. Sensibile autem sensum excedere potest secundum quantitatem dimensivam et virtualem, XXV 417C', intelligibile intellectum secundum quantitatem virtualem, et quandoque dimensivam, 417D', et in utroque deficit comprehensio, *ibid.* — Unde patet Deum prorsus incomprehensibilem esse a quocumque, XXIII 254B, 258C, præter semetipsum, 255A', et infinitam ejus essentiam a nulla creatura stricto sensu comprehendi posse, 252D', 253C. 254B, ne ab anima Christi quidem, 253A. — Sancti ergo in patria infinite deficiunt a comprehensione divinæ essentiæ, XXV 418A, quia eidem æquari nequeunt, 422B', nec eam totaliter vident, seu quantum in se visibilis est, 418C; comprehensores tamen dicuntur, quia clare eam vident, 418B, per essentiam Dei eis conjunctam ut formam, XXIII 255D', et totam, quum sit simplicissima nec habeat partes, licet non totaliter, 253D, et imperfecte, 256 A. — Comprehensio a quibusdam inter dotes animarum Beatorum enumeratur, XXV 435D, quam dicunt succedere spei, 435C', 438B', et vim irascibilem perficere, 438C; sed verius in fruitione includitur, 435C', et juxta Antisiodorensem, realiter idem est quod fruitio, 438 B'. — *Cf.* Beatitudo.

COMPUNCTIO magis confert ad Scripturarum intelligentiam quam lectio, XIX 43. — Quid inter compunctionem, contritionem, XXIV 429C, 457A', B', et attritionem, 457D.

COMPUTUS. Tractatus Computus (Bedæ Venerabilis, *P. L.* XC, 295, vel Rabani, *P. L.* CVII, 671) allegatur de modo computandi in digitis, XXV 449A'.

CONCEPTIO. In conceptione tria sunt : motus sanguinis, corporis formatio et augmentum, XXIII 84C', in quorum medio consistit principaliter conceptionis ratio, 84D', et formationem corporis præcedit motus sanguinis et alteratio, 85D'. Pariter in conceptione est actio triplex : alia principalis, formatio corporis, quæ pertinet ad patrem, XXIII 100B', alia minus principalis, ministratio materiæ, quæ ad matrem spectat, *ibid.*, alia concomitans, quæ etiam matris est, concepti fomentum, 100C'. An ad conceptionem active operetur mater, XXIII 99C', 101 A, D'. — Conceptioni plurimum obstat repetitus coitus, XXV 126C', 129D'. — An in conceptione possit quis sanctificari, XXIII 91B', aut mereri, 92C.

B. Virginem in sua conceptione a labe originali præservatam esse, tenent Scotus, XXIII 98A, et Cartusianus, 98D, contra non paucos, 91C, B', 93B, 94B, 95D, 97D, D'. Festum autem hujus conceptionis celebrare non expedit, juxta Bonaventuram, quoniam non coluerunt eam patres, XXIII 93C'; potest tamen tolerari, quia revelatione divina fertur introducta, 93D', dummodo in ea celebretur conceptio non seminum, sed naturarum, seu potius sanctificatio subsecuta, 94A, 97B'. — Christi conceptio in utero B. Virginis, cur Spiritui Sancto potissime tribuatur, XXIII 113D', quum a Patre tantum missus sit, *ibid.* An fuerit in instanti, XXIII 84B, et quatenus ad eam cooperata sit B. Virgo, sive naturaliter, 99B', 100D', 101A, D', sive

ctionem dicunt et compositionem, ideo non plenarie Deo conveniunt, XX 360 D, sed tantum aliquo modo, 360 A', improprie, sed vere tamen, 141 C'. His in divinis utimur, propter divinorum perfectionem, XIX 297 A, XX 135 D, B', 226 C', 375 D, et ibi supponunt proprie pro personis, XIX 315 A; nomina enim concreta, ut sapiens, potens, etc., XX 364 B, de personis dumtaxat prædicantur, non de essentia, 363 C, A', quia essentiam in personis significant, 363 B. Ceterum in divinis non differunt concretum et abstractum, XX 209 C. — *Cf.* Abstractum.

CONCUBINA. Apud gentiles concubinatus non reputabatur illicitus, XXV 127 A'; sed reapse legi naturæ contrariatur, quia matrimonii fini repugnat, 127 D, 128 D', et mortale est peccatum, 127 B'; super quo nunquam dispensari potuit, quum sit contra prima juris naturalis præcepta, juxta Thomam, 127 D', 129 C', contra Richardum, 129 A. — Quæ igitur Patriarcharum dicuntur concubinæ, legitimæ uxores censendæ sunt, XXV 128 A, sed inferioris ordinis, quæ matrumfamilias dignitate carebant, 128 B, D', contradicentibus tamen quibusdam, ut Parisiensi, 124 D, et Bonaventura, 129 A'. — An valeat juramentum concubinam ducendi uxorem, XXIII 634 C.

CONCUPISCENTIA quid sit, XXI 274 B'. Duplex est, altera in sensualitate consistens, quæ venialis est et cohibenda, altera in consensu rationis, quæ mortalis est et prohibita, XXIII 638 D. — Concupiscentia carnis et concupiscentia rerum seorsim ab actu prohibentur, quia ambæ delectationes suas habent proprias, XXIII 637 A, D', quæ propter se appetuntur, 637 C, non autem concupiscentiæ aliæ, quæ vix separantur ab actu, 637 B, et quorum objectum minus affectum movet, 638 A. — Omnis mala concupiscentia in V. L. prohibebatur, sed ea tantum puniebatur quæ procedebat in actum, XXIII 639 D'. — *Cf.* Desiderium.

Amor concupiscentiæ est boni non habiti, XX 19 B', ad proprium commodum, 18 C', vel aliorum, 19 D', dilectio qua diligimus omne id quo frui appetimus, XXI 274 B', vel qua quis aliquid desiderat ad adipiscendum, 277 D, propter utile aut delectabile, 278 B'; et fertur tam circa animata quam circa inanimata, XX 19 C', D'. — Hæc est regula, quod diligens se amore concupiscentiæ, diligit se, quidquid aliud diligat, XXI 275 A, quia una dilectione diligit id quod concupiscitur et cui concupiscitur, 276 D': veruntamen sic se amando non peccat, quoniam illa dilectione non fruitur se, 273 D'; imo non peccat sic amando Deum, juxta quosdam, 272 C', 274 B', quia sic summe diligit Deum secundum possibilitatem naturæ, 275 A, 276 D', 278 A', contra alios, quia sic diligere Deum propter commodum, retorquendo ad se dilectionem, 277 D, et se Deo præferendo, perversa est dilectio, 278 A. — Similiter, illud dicitur velle concupiscentiæ, quod fertur in objectum quod quis vult amato, XXI 317 D', et semper præsupponit velle amicitiæ, 318 A. Quomodo in hoc excesserit Lucifer, XXI 318 A'. — *Cf.* Amor.

Vis animæ concupiscibilis in corde posita est, juxta Platonem, XXII 135 D', in parte sensitiva, juxta plerosque, XXIII 449 D, D', 453 B, XXV 435 D', in intellectiva, juxta alios, XXIII 449 D', 453 C, 454 A, D', XXV 437 C', unde per ceteras vires quodammodo diffundi dicitur, XXIII 464 A'. Ut irascibilis, pars est appetitus sensitivi seu sensualitatis, XXII 279 D', 280 C, C'; sed tripliciter ab irascibili distinguitur, 281 A, nec cum eo unam simpliciter potentiam efficit, 279 C', 280 C, A'; quodammodo ab irascibili protegitur, 280 A'. — Duplicem habet motum, alterum ex mera organi qualitate resultantem, qui naturam peccati non habet, XXII 220 C, alterum ex apprehensione delectabilis, qui culpæ naturam habet, *ibid.*; et utrumque in nobis

positivo, 471 A', D', 472 B, et hæc duplex est, altera cærimonialis, generalis et indistincta, quæ fuit in V. L., altera specialis et distincta, ad quam tenentur Christiani, 471 A', 473 D'. — Christianorum confessio est de necessitate salutis, XXIV 469 C', non quidem de jure naturali, 469 D', contra Albertum, 473 C', sed divino, 474 A, imo ad confessionem duplici modo tenentur fideles, jure divino qui post Baptismum letaliter peccaverunt, 470 B, jure ecclesiastico quilibet alii semel in anno, 432 C', 470 B, 473 C; nec a confessione quæ est juris divini dispensare potest Papa, sed tantum ab ea quæ est juris ecclesiastici, 470 D. — Quum in vera contritione contineatur propositum confitendi, XXIV 472 D', et ad contritionem quis teneatur quum peccata occurrunt memoriæ, vel urget obligatio quæ gratiæ statum requirit, vel in magno periculo, 470 C', aut mortis articulo, 471 A, 472 D, teneaturne sic contritus statim confiteri, aut saltem quamprimum datur opportunitas, affirmant quidam, 473 B, D, 474 D, ob varias causas, 475 B', negant vero alii cum Thoma, 470 A', 473 A, 474 B, nec graviter peccare videtur sic differens, nisi ob causam graviter malam differat, 470 D'. Imo communiter non nisi semel in anno quis confiteri tenetur, juxta Thomam, XXIV 471 B, B', quia præceptum affirmativum non obligat statim, sed tempore determinato, 471 C; et hoc valet tam pro religiosis quam pro sæcularibus, 471 D, contra Bonaventuram, 473 A'; per accidens tamen sæpius quis ad confitendum teneri potest, 471 B', 474 B, A', et expedit multum quam cito confiteri, 473 B', 476 B. — An qui non habet nisi venialia, teneatur in paschali confiteri, XXIV 432 C', 470 B, 473 C, 478 D', 484 B', D'. — An qui semel saltem in anno proprio sacerdoti non confitentur, sint puniendi, XXIV 586 B.

Sacerdotibus confitenda sunt peccata ordinarie, XXIV 474 B', 477 C, 483 B, tanquam Dei vicariis, 474 C', et in necessitate laicis, juxta Thomam, 477 C, 489 D; sed confessio facta laico, actus est virtutis, non sacramenti, 482 D', 490 C', nec præcepta est, nec forsan suadenda, juxta Scotum, 485 D; venialia tamen remittere potest, 477 D, 490 C'. — Ex jure fieri nequit nisi proprio sacerdoti, XXIV 479 B, 480 B', 484 A, scilicet Papæ, episcopo vel parocho, qui ordinaria gaudent jurisdictione, 479 C, B', 480 B, 483 D, aut alicui delegatam habenti jurisdictionem ab uno prædictorum, 479 C, B', vel ex concessione juris, 479 B'; sed cuicumque sacerdoti approbato fieri potest, cum licentia parochi, 481 D'. — Qui Papæ confessus est aut ejus delegatis, non tenetur eodem anno parocho iterum confiteri, XXIV 480 A'; qui autem episcopo aut commissariis ejus, tenetur parochum adire, juxta nonnullos, 480 C, 481 B', contra alios, 480 B, 483 D, B', exceptis certis casibus, 481 C', sive ut peccata jam confessa iterum confiteatur, 478 D', 482 D, sive saltem ut præcepto Ecclesiæ pareat, 478 D', 480 C, 482 D. Pariter, qui religiosis confessus est, parochum eodem anno adire tenetur, XXIV 482 B', 483 B', ut ei eadem peccata iterum confiteatur, juxta Henricum, 487 D, et Parisienses doctores, 487 A', quia confitendi privilegium eis concessum est, non ad juris parochorum destructionem, 483 C', sed in eorum favorem qui legitime impediti sunt adire parochum, 483 D'. Qui vero de licentia pastoris alteri confessus est, ad nihil aliud eo anno tenetur, XXIV 481 B', 483 A'. — Confessionem autem iterari necesse est quum vel nimis imperitus fuit confessarius, XXIV 486 A', vel jurisdictione caruit, 486 B', item si pœnitens dolore defecerit, 486 D', aut sinceritate, 487 A, vel injunctionem a prælato acceperit, *ibidem*, aut a confessario, 487 B; non vero iteranda videtur propter peccatum oblitum, 488 C'. — Ceterum peccata certe remissa non inutile est iterum confiteri,

XXIV 478D', quia quanto sæpius manifestantur, tanto plus de pœna eis debita remittitur, 479A, 482C', 507B, D, nec inde ulla sacramento irrogatur injuria, quia characterem non confert, 479A. — An priora peccata jam dimissa iterum confiteri debeat recidivus, affirmant qui tenent ea redire quoad culpam seu reatum, XXIV 581D; affirmant pariter alii, si novo confessario fiat confessio, sed negant si fiat eidem, 581A'; saltem non tenetur nisi indirecte, et quantum sufficit ad manifestandam ingratitudinem, 581 C'. — *Cf.* Confessarius.

De lege communi confessio fieri debet secreto, XXIV 484B, nisi ita enorme sit crimen ut totam commoverit urbem, 484C, et verbaliter, 489C; cogente tamen necessitate, per nutum fieri potest, aut interpretem, 489B, D, 490A', aut alium, juxta Thomam, 489B, D, contra Cartusianum, 490D, aut per scriptum, *ibid.*, contra Thomam, 489D. — Item integram eam esse oportet, omnia complectentem mortalia, XXIV 488B', etiamsi confessarius de omnibus absolvere nequeat, 489A. Omnia igitur mortalia distincte confitenda sunt, prout occurrunt memoriæ, XXIV 569A', sed nimio examine non opus est, quod conscientiam et cerebrum perturbet, 569D', quia ad impossibile nemo tenetur, 570B, 571 B'. Qui peccatum confiteri omittit ex ignorantia juris, a fictione non excusatur, XXIV 571A, qui autem ex oblivione, excusatur, 571B, et sic oblita peccata cum aliis remittuntur, 570B, in alia confessione distincte enarranda, si ad memoriam redierint, 569A'. Peccatum non commissum confiteri non licet, quia mendacium est, XXIV 571C, dubia autem ut dubia exponenda sunt, 571A'; aliena quæ non pertinent ad propriorum confessionem nefas est enarrare, 571C', et etiam quæ pertinent, nisi in generali, 571D', aut nisi determinatæ personæ revelatio necessaria sit, 572A. Venialium autem confessio non est de præcepto, XXIV 432A', C', nec originalis, 427C'. — Ut sit satisfactoria, oportet insuper confessionem ex caritate procedere, XXIV 488A, A'; qui tamen absque caritate confessus est, in foro Ecclesiæ absolutus est ab obligatione confitendi, juxta Antisiodorensem, 488B, et Thomam, 488D, contra Bonaventuram, 490 D', et Cartusianum, 490D, et fictione recedente et confessa, incipit illa confessio valere, 488B, A'. — Summatim exponuntur sedecim bonæ confessionis conditiones, XXIV 489C'. — *Cf.* Contritio.

Confessio liberat a morte peccati, XXIV 489A', paradisi januam aperit, 489B', salutis spem et confidentiam parit, *ibid.* — Sacramentalis directe ad remissionem pœnæ ordinatur, quia culpa per contritionem deletur, XXIV 570C', pœnam purgatorii tollit, 426C, aut saltem minuit, duplici capite, et vi clavium, et confusione confessionis, 570 D', quæ inter omnia N. L. præcepta dicitur difficillimum, XXIII 644A. — Generalis autem vel fit sacramentaliter sacerdoti, et quadruplici virtute delet venialia, XXIV 570A', vel fit extra sacramentaliter in ecclesia, et ea tollit tripliciter, 570B'; valet etiam ad remissionem mortalium oblitorum, saltem quoad pœnam, quum jam deleta sint quoad culpam, 570D. — *Cf.* Pœnitentia.

CONFIRMATIO. Quid sit Confirmationis sacramentum, XXIV 186A', et cur dicatur Confirmatio, 184C. — Ne in figura quidem fuit in V. L., XXIV 85D', 208C, B', et a Christo ipso institutum est, juxta Thomam, 86C, per viam insinuationis et initiationis, 90A, C, seu juxta alios, ab Apostolis, 86B, aut eorum successoribus, 189C. A Christo dum pueris manus imponeret, tenent aliqui illud institutum, XXIV 86D, aut saltem prænuntiatum, 187D, 190C'; sed ante ascensionem Domini et adventum Spiritus Sancti non videtur initiatum, 187C, aut saltem promulgatum, 187D, et incepisse dicitur in

adventu Spiritus Sancti super Apostolos, 187 B', C', qui tunc censentur fuisse confirmati, 188 D'. An illud acceperit Christus, XXIV 198 D. — Quum effectum diversum habeat ac Baptismus, diversum est et speciale sacramentum, XXIV 184 C' : Baptismus enim gratiam confert ad sufficientiam, Confirmatio ad copiam, 185 B, Baptismus est contra peccatum, Confirmatio contra pœnam inclinantem ad culpam, 185 C, Baptismus spiritualem confert generationem, Confirmatio spirituale augmentum, 186 A ; et quibusdam dignius videtur Baptismo, 185 B', C', aliis inferius, 91 D, 183 C, 186 B. — Sacramentum proficientium est, XXIV 183 C, quod ad legem perfectionis pertinet, 184 D'; nec necessarium est ut salus acquiratur, 183 B, sed tantum ut facilius acquiratur, 185 B; peccaret tamen graviter qui, urgente persecutione, illud non reciperet, 189 D', aut qui valens illud accipere, ante mortem non susciperet, ob contemptum sacramenti, 189 C'.

De ejus essentia sunt quinque : forma, intentio, minister, materia, locus, XXIV 183 D, 186 B'. Primitus potuit sine materia aut unctione conferri, quum in confirmandos descendebat visibiliter Spiritus Sanctus, XXIV 187 A', 188 D', 189 C', sed cessante miraculo, servari debuerunt materia et forma, 189 B'. Confirmationi enim competit habere materiam sensibilem, XXIV 187 B, et sanctificatam, 188 D, A', C', scilicet chrisma, 183 D, ob mysticam significationem, 183 A', 186 B, 187 D', 188 A, pariter et forman, 190 B, A', 191 C, B', D', et his usi sunt Apostoli, 190 D', 191 D', etsi forma non sit scripta, 190 D'. Quid in ea sint sacramentum, sacramentum et res, XXIV 191 D, res tantum, 191 A'. — Confirmationis minister ordinarius est episcopus, XXIV 196 B, 197 D', XXV 41 A, sive ob dignitatem sacramenti, XXIV 196 B, sive quia recipientem perficit supra statum communem, 196 D, A'; sed ex delegatione Papæ conferre eam valet simplex sacerdos, 196 B', 198 C, XXV 41 C, contra græcos, XXIV 197 D, non autem laicus aut clericus simpliciter confirmatus, 196 C'. An a degradato episcopo collata valeat, XXIV 199 D', XXV 40 A et s. — Sanctificationem requirit tam in ministro quam in materia, a quibus simul vim recipit, XXIV 505 B', sed in subjecto nullam præexigit perfectionem, ideo pueris conferri potest, 198 A', mulieribus, 198 C', adultis quibuscumque, 198 D', matis, morientibus, 199 A, ut in resurrectione perfecti appareant, 199 B. Confirmando præscribitur confessio, XXIV 199 A', et jejunium, 199 D, et datur patrinus, *ibid.*, vel matrina, 199 B'; per septem dies in fronte chrisma servari debet, 199 C'. — Cur in fronte conferatur, XXIV 183 A', 184 C, 190 D, B', 199 C', 200 C', cum chrismate, 183 A', et unctione, 188 A, et cur potius in ea quam in Baptismo adhibeatur unctio, 191 A'. — *Cf.* Chrisma, Unctio.

Confirmatio Baptismi perficit opus, XXIV 191 C', nec ei superfluit, 192 C; gratiam confert, 192 D', imo duplicem gratiam, gratiam gratificantem communem, 193 B, D', 195 B, saltem eam augendo in eo qui jam habet, 193 A, 195 C, et insuper gratiam gratificantem specialem, juxta Thomam, 194 B, contradicentibus nonnullis, 194 D, 195 B'; eaque gratia differt a gratia Baptismi, 193 A, C, 194 C, B', 195 D, B, et a gratia Eucharistiæ, 192 B. — Characterem etiam imprimit, sicut Baptismus et Ordo, XXIV 192 A', 193 C, licet alium ac Baptismus et Ordo, 192 B', 193 A' ; idcirco eam iterare nefas est, 162 B, iterantes tamen irregularitatem incurrere non videntur, juxta Scotum, 200 A. — Demum, quia spiritualem dat generationem, XXV 205 B', spiritualem inter confirmatos et patrinos vel matrinas parit cognationem, 205 A'. — Confirmatio ad robur fidei confertur, XXIV 190 C, ut fideliter in mente teneatur et libere pronuntietur ore, *ibid.*, hominem facit in

necessarium evadat consequens, XX 481 A' et s. — Quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animæ, consequens accipiendum est, non prout est in se, sed secundum quod est in anima, XX 483 B. — *Cf.* Syllogismus.

CONSERVATIO quid sit, et quo a creatione differat, XXI 100D, B'. Conservatio est actio permanens in Deo, qua causatur permanentia creaturæ in suo esse, quamdiu est, XXI 101 B. — Quum omnis creatura sit ens per participationem, non per se, indiget indesinenter conservari a Deo, XXI 99 A', 144 A', ne in nihilum relabatur, 98 C', 99 A'; duplex autem est conservatio, altera indirecta et per accidens, per remotionem corrumpentium, et sic Deus non conservat omnia, 98 B', altera directa et per se, per continuationem influxus, et sic omnia a Deo conservari indigent, 98 C'; item alia est conservatio immediata, alia mediata, 99B', et sicut quædam sunt immediate tantum a Deo, quædam vero mediate et immediate, sic quædam conservantur a Deo immediate dumtaxat, alia utroque modo, 100 C', influxu scilicet immediato vel mixto, 102 A', quia in ipsa creatione constitutum est ut quædam ab aliis causarentur, 99 D', et ita rerum conservatio principaliter et primarie est a Deo, secundario et quasi instrumentaliter a causis secundis, 99 C', sive sint causæ conservati, sive non, 162 B. Quum autem Deus per voluntatem et intellectum sit causa essendi omnibus, sic per voluntatem et intellectum causa est omnibus permanendi, XXI 100 B. — An eadem actione conserventur entia qua creantur, XXI 97 D', negant quidam, ut Henricus, 77 A, 98 A, quia inconveniens est entia esse in continuo fieri, 98 B, et quia actio qua quid constituitur in fieri, non ea est qua conservatur in facto esse seu in esse, 98 C, et Richardus, quia creatio et conservatio in Deo differunt ratione, et in creatura realiter, 100 D, unde inter Deum et creaturam constituuntur relationes diversæ, 100 A'; affirmant vero alii, ut Thomas, 98 B', 99 B', quia conservatio rei non est nisi sui esse continuatio, et utriusque eadem debet esse causa, 100 A, et Durandus, quia in creatione fieri et factum esse sunt simul, et nunc stante mensurantur, 101 C', unde sicut in divinis Filius genitus est et gignitur, sic in naturalibus creaturæ creatæ sunt et creantur, 101 D'; quibus accedit et Cartusianus, 101 C, A', ita tamen ut conservatio non dicatur continuum fieri, 102 C', 147 B', sed esse continuatum, 101 C. — Conservatio proprietas est loci, XXI 162 B, 163 B', 165 B', XXII 26 A, saltem quoad corruptibilia, XXI 165 C', non autem quoad incorruptibilia, *ibid.*, et spiritualia, 163 D', 165 C'. — Opus conservationis, quod ultimum est in constitutione mundi, septimo diei tribuitur, XXII 28 B, ideo septimus dies mane habere dicitur, non vespere, 115 A. — *Cf.* Influxus.

CONSILIUM multipliciter sumitur, XXIII 577 B. Proprie dicitur generalis præordinatio faciendorum, XXIII 569 C, seu quæstio de operabilibus, 571 B', et a judicio differt, sententia et electione, XXII 305 D; non de præsentibus aut præteritis est, 309 D, sed de contingentibus et futuris, 309 A', non de certis et de fine, XXIII 571 B', sed de his quæ sunt ad finem, 571 C', non de bono simpliciter, sed de bonis supererogationis, XX 614 D', 616 C, 617 A; pertinet ad voluntatem antecedentem, 617 A, ac proinde præter vel contra illud aliquid fieri potest, 643 B', 644 D. — In quantum certa est definitio fiendorum, Deo competit, XXII 305 C', et fuit in Christo, XXIII 259 D, et inter signa divinæ voluntatis recensetur, XX 615 B, C', 616 A'. — *Cf.* Electio, Judicium.

Qui consilium dedit proximo damnificum, ad restitutionem tenetur, si tamen consilium fuerit efficax damni causa, XXIV 398 C'. *Cf.* Restitutio.

Consilium donum est Spiritus Sancti, XXIII 571 B', a dono scientiæ differens, 571 D', et a virtute prudentiæ, 572 A, quod hominem dirigit in agendis altioribus, ad quæ non sufficit prudentia, 569 B, 577 C, id est in evangelicorum consiliorum exsecutione, 569 C, et hoc non secundum rationem naturalem, sed juxta divini juris regulas, 577 C. — Homini summe necessarium est, XXIII 574 C, datur enim contra præcipitationem, 543 B', avaritiam, 548 C', et iram, 551 C', spem perficit, 549 A, et prudentiam, 574 A', rationem expedit in electione veritatis, 548 D', dirigit in bonis supererogationis, 549 C, illuminat in operibus reparationis, 549 A'; ad vitam activam pertinet, 549 B', 550 B', et ad illuminativam, 549 A', et ad tertiam Orationis dominicæ petitionem refertur, 556 C'. Ipsi quinta tribuitur beatitudo, Beati misericordes, XXIII 553 D, et quoad aliquid manebit in patria, 572 B, 574 A'. — In quantum datum, luminis signat plenitudinem, XXIII 569 A, et sic fuit in Christo et est in Deo, *ibid.;* in quantum acceptum, signum est ignorantiæ et competit hominibus, *ibid.,* sed in omnibus non inest æqualiter, 574 B'. — *Cf.* Donum.

CONSTABILUS (alias Constabolus vel Costa ben Luca, id est, ut videtur, Constantinus Africanus, Carthaginensis medicus, postea monachus in Casinensi monasterio, 1015-1087, multorum operum compilator vel translator, de quo vide Migne *P. L.,* tom. 150, col. 1559) spiritum cum corpore perire contendit, XXII 137 D'. — De configuratione cerebri allegatur, XXI 411 C, 433 D'.

CONSTANTIA. Constans in omnibus rectam sequitur rationem, dimittendo vel faciendo quod reapse faciendum vel omittendum est, XXV 94 B. — Ad vitandum majus malum, quandoque minus tolerat, XXV 94 D, et sic medium tenet inter inconstantem, qui majus sustinet malum timore minoris, et pertinacem, qui sustinere non vult minus ad vitandum majus, 94 C. — Item, non nisi forti timore compellitur, XXV 94 C, propter quod dicitur intrepidus, 94 D; quocumque timore cogi nequit ad peccandum, 94 D, nec ad mentiendum, 94 B', etsi interminatione mortis aut verberum ad alia corporalia damna ferenda cogi possit, 94 A', et ideo dicitur virtuosus, 94 C'. — *Cf.* Fortitudo.

CONSTANTINUS (Magnus), Romanorum imperator, Sylvestro Papæ valde familiaris, XXIV 135 D', infideles ad fidem cogere volens, ab eo impeditus est, 137 D. — Eo regnante mirabile inventum est sepulcrum in Græcia, XXIII 439 B'.

CONSUETUDO omnia facilia facit, XXIII 531 B. — Legem abrogare non valet, nisi rationabilis sit et præscripta, XXIII 611 A'. — Consuetudo irrefrenata peccandi venialiter contemptum includit, XXIII 634 D', et ducit ad mortale peccatum, 635 B, ideo et ipsa censenda est gravis, 634 C; ideo letalis reputatur consuetudo non modo pejerandi, 634 B', 635 A', sed et jurandi incaute, 635 A'.

CONTEMPLATIO Dei est hominis finis, XIX 85 A, XXIII 500 C', et felicitas, juxta philosophos, 580 D. — Circa duplex versatur objectum : considerationem Dei in se ipso, quæ proprie dicitur contemplatio, XXIII 580 C, et ejusdem considerationem in creaturis, quæ potius vocatur speculatio, *ibid.;* et multiplex est, alia philosophica, quæ ex amore sui procedit, 580 A, alia formata, quæ ad amorem terminatur, 580 B, alia imperfecta, per creaturas, quæ hujus vitæ est, XIX 85 A, alia perfecta, per divinam visionem, quæ est Beatorum, 85 B; item alia est quæ omnibus angelis, bonis et malis, communis est, XXI 522 C', alia solis Beatis propria, 522 C', 525 C, alia solis primæ hierarchiæ accessibilis, 522 B', 525 D. — In contemplatione divinorum duplici modo proceditur, inventione, a contingentibus perveniendo ad prima principia, XXIII 550 B, ad quod

requiruntur intellectus ut habitus principiorum, scientia vel fides, et unum donum, intellectus, 550C, vel judicio, a primis descendendo ad consequentias, 550B, ad quod opus est una virtute, sapientia, et uno dono, item sapientia, 550D. — Contemplatio affectum accendit, XIX 133C'.

Contemplativa ea dicitur vita quæ in contemplatione summi veri et boni consistit, XXIII 579D'; in intellectu essentialiter inest, originaliter et completive in voluntate, *ibid* Ad eam spectant quodammodo septem dona, XXIII 549D, sed præcipue tria, timor, intellectus et sapientia, juxta Bonaventuram, 549 B', vel duo, intellectus et sapientia, juxta Thomam, 550 B et s. — Dignior et præstantior est quam activa, XXIII 580 D', ob varias causas, 581 B'. quia virtutes sectatur purgati animi, 578 B', magis imitatur vitam Beatorum, 580 B', nec ad aliud refertur, 580C', item quia magis meritoria est gloriæ, 581 B, magis pura et proficua, *ibid.*, et magis remunerata, 581C; nec minus fructuosa videtur quam activa, quoad fructuum quantitatem, 578C', sed minus utilis est, saltem quoad proximos, 578D', 580D'. — In eodem homine absolute meliora sunt opera contemplativæ, sed accidentaliter meliora esse possunt opera activæ, XXIII 579B; in diversis hominibus, contemplativis et activis, ille melior est qui majorem habet caritatem, 581A. — *Cf.* Actio.

Vir contemplativus extra se non habet quærere delectationes, quia intus plenus est jucundis theorematibus, XIX 39; heroicus est amantissimus Deo, XIX 73D, XXIII 546A', eique maxime benefacit Deus quasi simillimo, 581D. *Cf.* Philosophus.

CONTEMPTUS peccatum leve facit esse mortale, XXII 289A', XXIII 634D', saltem si parvi pendat peccator peccare mortaliter, XXII 289A'. — Item graviter peccat qui Confirmationem recipere contemnit, dum potest, XXIV 189C'; an ficte recipiens Baptismum per contemptum. accipiat characterem, XXIV 128B.

CONTENTIO quid sit, XIX 56B.

CONTINENTIA. Quum Deo duplex sit proprietas, immensitas, qua omnia continet, et simplicitas, qua est ubique, utramque, quantum possibile fuit, communicavit creaturæ, XXI 164B, 166A, corporali creaturæ, extensionem, qua potest continere, 164B, 166B, spirituali simplicitatem, qua potest contineri seu esse hic, 164D; et inde accidit corporali virtus continendi spiritualem, 163D', 164D, et spirituali contineri a corporali, 164A'. Angelus enim et anima, etsi non habeant potentiam continendi, XXI 164 B, 166A, esse limitatum habent, quo possunt contineri, 164A'; corporali autem creaturæ communicari potuit virtus continendi, quia extensa est. 166B, et distinguitur secundum hic et ibi, 166C. — Continentia proprietas est loci, XXI 165B', etiam quoad incorruptibilia, 165 C', et spiritualia, 163C', 165C' — Contenta quodammodo potentialia sunt respectu continentium, et continentia quasi species respectu contentorum, XXI 163 C'. — Continens quod per se continens est, semper est incorporeum, contentum autem quod indiget continentia, semper corporeum, XXII 135B. — *Cf.* Locus.

Continentia, ut virtus, pars est temperantiæ, venereas delectationes cohibens, XXIV 520A'. — Prolis generationem non damnat, sed negligit, XXV 134A', ut voluptatis belluam devitet, 134B', et liberius Deo vacet, 134C'; et ideo matrimonio præferenda est, 135A. Continens tamen non dicitur perfecte virtuosus, quia tentationes adhuc sustinet, sed tantum temperatus, XXIII 527A. — Quoad aliquid viduæ continendo magis laborant, ob memoriam expertæ delectationis, XXV 440A', quoad aliquid virgines, quia quadam curiositate tentantur, 440 B' ; sed perfectius vincunt virgines quam viduæ, 440C'. — Continentiæ fru-

distinctum manet, 135A; in qua unione corpus est per modum subjecti, 135A, contenti, 135B, materiæ, 135A, et instrumenti, XXIII 148B. An in corpore mutilo, si novum membrum miraculose restitueretur, per animam corporis præexsistentem informaretur, aut per aliam, XIX 414D'. — Item, sicut anima simplex est essentia sed multiplex potentiis, sic decuit corpus humanum simplex esse complexione et multiplex operatione, XXI 108D', 109C'; ideo omnium corporum compositissimum est, XXII 143D', sed maxime temperatum, XXI 110B, et de terra potissime conflatum, quæ inter elementa minus habet de virtute activa, 110C. — E quatuor elementis compositum est, XXII 143D', quia decebat illud ex omnibus rebus quodammodo constare, 145B, sed de natura cœlesti nihil participare valet per modum compositionis, 144C, XXV 284B', nec de quinta essentia, XXII 145C, quæ nec divisibilis est nec alterabilis, 144D, nec de luce, quæ non est corpus, 144B', C'; virtute tamen cœlestium efformari et formam substantialem accipere dicitur, 144A', C', et per influentiam superiorum, secundum quatuor humores in quatuor anni temporibus mutatur, XXIV 602C. — In eo elementorum qualitates ad æqualitatem reduci dicuntur, non quidem æquiparantiæ seu ponderis, XXII 146D', 147D', alias ineptum esset ad actus vitales, 146B', 147A, 148A, sed proportionis seu justitiæ, 146D', 148B, ita ut elementa superiora, ut aer et ignis, secundum virtutem prædominentur, inferiora autem, ut aqua et terra, secundum substantiam, 145B. Imo triplici modo in eo æquantur, cum impossibilitate ad corruptionem, ut in Beatis, cum necessitate ad corruptionem, ut in viatoribus, cum possibilitate ad corruptionem et incorruptionem, ut in Adam, XXII 148B. — *Cf.* Elementa.

In corpore humano dicunt quidam nihil esse nisi fixum, quod scilicet a parentibus decisum est, XXII 395D', 399A', et ex alimentis nihil in ejus substantiam transire, 395A, B, A', D', 399A'; alii nihil esse nisi fluens, quia manente forma, indesinenter renovatur materia, 398A, B, 400C, quod non apparet, 405D, B'; alii demum aliquid esse fixum, scilicet quod a generantibus traditum est, 395C, 397D, 398D', et ad veritatem naturæ pertinet, 397D, 400A, aliquid fluens, quod ex alimentis supervenit, 397D. — Ipsi in generatione assignatur quantitas et statura ad quam pervenire debet, nisi impediatur, XXV 274B; sed in corporibus æqualibus inæquales valde sunt animæ, XXI 171C'; quomodo augeatur, XXII 395D', 396D, 397A'. — In ipso sunt tres motus, naturales, qui hepate reguntur, vitales, qui a corde pendent, animales, qui cerebro excitantur, XXIII 235B', 237B. — *Cf.* Cibus.

Corpus non est per se perfecta hypostasis, XXII 134C', 135A; potius est in anima quam anima in ipso, XXI 171B', et animæ comparatur ut artificiatum arti, XXV 268C, ita ut quidquid in eo apparet, originaliter et quasi implicite in anima contineatur, 268D; membra ejus quasi instrumenta sunt animæ, 269B, quorum alia ad operationem destinantur, *ibid.*, alia ad priorum conservationem, 269C. — Animæ multum subservit ad acquirendum scientiam et virtutem, XXI 111B, et quia anima in principio sui velut tabula est rasa, corpori dari oportuit multiplicia organa quibus illa informari valeret, 112A. Qualitates igitur ejus multum animæ conferunt, XXI 157B, sed per accidens animæ impedire potest contemplationem, 111C, D, quapropter decem millia contemplationum impedimenta animæ ingerere vulgo dicitur, 107D. — In quantum est ab anima perfectibile, quamdam ei addit perfectionem, XXV 409C', in quantum repugnat actibus animæ, profectum ejus impedit, 409D'; in præsenti ergo vita

animæ considerationem impedit et retrahit, 461 B', sed in statu innocentiæ adeo animæ subditum erat ut in nullo esset ei contrarium, XXII 226B, et in statu gloriæ nulli ejus actui obstabit, ne in damnatis quidem, XXV 461 B', et in Beatis, perfecte subditum animæ, ejus perfectionem augebit, 409D, et mentis virtutem assequetur, XXII 226C. — An et quomodo sit ab anima diligendum, XXIII 476C, C', 477A, 478B. — *Cf.* Anima, Caro.

Sicut animæ data est libertas qua cadere et surgere potest, ita corpori primitus facultas moriendi et non moriendi, XXI 111 D'; peccato autem intercedente, statutum est illud non modo ab anima separari, sed et in cineres redigi, XXV 252D, C', ut a fomitis infectione penitus purgetur, 252 A', ideo, salva speciali gratia, 252C, omnia in elementa sua resolventur, 252A', B'. — Sed eidem justitiæ consonum est illud resurgere et animæ denuo uniri, ut cum ea præmium recipiat, XXV 246B', quia non anima dumtaxat sed et corpore meruit vel demeruit homo, 246C', et absque corpore quasi mutila est anima, 246B', 258D, 259 B, nec aliter totus beatificaretur homo, 246C', 248A, nec salvaretur triformis illa substantiæ divisio ab initio instituta, 2.4A. — Nec ulla est difficultas ex parte corporis, si nulla in eo ponatur forma præter animam rationalem, XXV 244D', 257B, quia materia ejus prima indestructibilis est, 253B', et esse animæ immortale iterum participare potest, 244B', 257B; et quamvis contemplanti animæ non mediocriter obsit, 243A', et melius sit animæ separatam esse quam ærumnoso corpori uniri, optabilius est tamen eam glorioso corpori conjungi, 246A', 247D', 259B. — An corpus mortui idem sit ac viventis specie, XXIII 368C', 378A, C, vel numero, 378B, B', D'. — *Cf.* Mors, Resurrectio.

Corpus humanum, utpote perfectissimum, finis est corporum aliorum, XXI 154A, cui in statu actualis mortalitatis parata est terra, in statu futuræ immortalitatis cœlum empyreum, 154 B. — Corpora gloriosa quatuor dotibus decorabuntur, XXV 276 D, 277 B', quibus perfecte fient animæ subjecta, 277A', eamque aliquo modo juvabunt quo perfectius Deo inhæreat, 277B'; sicut enim ex quatuor elementis quadruplicem consequuntur defectum, 283 D', ita per quadruplicem dotem reformabuntur, 284B, quum cœlestis natura, quæ modo elementa in eis conciliat, omnino dominabitur, juxta Bonaventuram, 283C'. — Clara igitur erunt, id est luminosa, XXV 299C, et tanto luminosiora quanto gloriosior erit anima, 299C, 303B', et perfectius ei in vita præsenti cooperata fuerint, 445C', multo lucidiora cœlis et stellis, XXI 157A, XXV 300B, 301C, seu, ut dicunt quidam, septies splendidiora sole, 385D'; nec modo clara, sed et pervia, 299A', etsi solida, 303A, et colorata, 299B', 302C'. — An corpus gloriosum ab oculo non glorioso naturaliter videri possit, affirmat Thomas, XXV 299D', 303A, D, saltem aliquo modo, 301C', 303A, quia claritas gloriæ non differt specie a claritate naturæ, ideoque ex sua natura visui proportionata est, 300A, 302B, nec excellentia sua visum retundet, 300D, contra Richardum, 301B', etsi major sit claritate solis, 300B, quia actione naturæ non lucebit, sed animæ, 300C, nec auferet oculorum diaphaneitatem, 282B. Eritque in potestate gloriosi corporis illam ostendere vel celare, XXIII 382A', XXV 300D, 302D, 379A, D', sicut Christus eam post resurrectionem abscondit, 300 C, 301 A', contra Scotum, 302C, quia non videtur anima beata minoris esse potentiæ respectu proprii corporis, quam angelus respectu alieni, 302 D. — Item agilia erunt, ita ut in momento ab oriente ad occidentem moveri possint, XXV 276 B', non tamen in instanti, 296A, quia ad

spiritualis dignitatem naturæ non penitus pervenient, 296B, sed tanto celerius quanto hanc dotem plenius participabunt, 296A'. — Pariter subtilia erunt, ut alia corpora penetrare possint, XXV 276C', saltem non gloriosa, non dividendo, sed subintrando, more spirituum, 291D', 293C', 294, et aliis corporibus resistere, ut non penetrentur, XXIII 383B', XXV 276C'; an vi hujus dotis possint cum quolibet alio corpore in eodem loco consistere, XX 456A', XXIII 393B', XXV 289B', 292A, 293B, vel locum majorem aut minorem occupare, XXV 290A', vel moveri localiter, XXIII 392C', 393A'; an illis futuræ sint soliditas, 383A', et sensibiles qualitates, 383B', 386A; quomodo accidat ea palpari, 383B, D, A'. — Demum impassibilia erunt tam ab intrinseco, XXV 284C', 287C, quam ab extrinseco, 284D', 285A, non a quacumque receptione, 278A', aut actione, 278C', sed a quacumque passione quæ est contra naturam, 278B', non a passione animæ, sed a passione naturæ, 300C. Cur remanserint cicatrices in corpore Christi aut martyrum, XXIII 383D'. — In esse, duratione et operatione a motu cœli non dirigentur, nec in operatione a tempore, XXV 475A'. — *Cf.* Agilitas, Claritas, Impassibilitas, Subtilitas.

CORRECTIO fraterna quid sit, XXIV 528C, et quo a correptione differat, 529A. — Alia est caritativa, quæ est actus misericordiæ et fit in occulto, quæ spectat ad omnes, XXIV 531D, A', alia potestativa, quæ est actus justitiæ et fit in aperto, quæ pertinet ad prælatos, 531A'. — Ex divino igitur præcepto omnes corripere tenentur, XXIV 529C', præsidentes ex debito justitiæ, 528B', ceteri debito caritatis, *ibid.*, sed ut præceptum affirmativum, obligat semper, non ad semper, 529D', id est in certis tantum casibus, 530A, et aliquando omitti potest, 528C'; præsidens tamen illud omittere nequit, etsi nullus speretur fructus, si peccatum vergat in scandalum, 530B. — Non competit nisi bonis, XXIV 528D, quia peccator alium arguens vel damnans graviter peccat, 528A', XXV 22C', saltem si corripiat ex officio, XXIV 530C, non autem necessario, si ex caritate, 530D. — Sicut prælatus subditos corripere tenetur, XXIV 531A, sic et prælatum subditi, 530C', sed cum humilitate et reverentia, non publice, 533B, A', nec pœnam infligendo, 533C. — Quibus competat corripere pœna vel verberibus, XXIV 529B, 531C', D', 533C; quis sit ordo corripiendi, 528B', 531B. — Simoniæ reus est qui pecuniam pro omittenda correctione debita recipit, XXV 47C'. — Correctio, dummodo a competente fiat et sincero intuitu, valde proficua est, XIX 57C', eamque sollicite requisierunt sancti, 57D'. — *Cf.* Prælatus.

CORREPTIO, prout a correctione distinguitur, XXIV 529B, admonitio est caritativa, 529C, qua quis timore et odio turpis errantem in rectam viam reducere satagit, 529A; ad omnes pertinet, 529B, vel peccatores, 530D, et adhiberi potest cum eo qui jam bonum habet propositum, 529D.

CORRUPTIO est mutatio secundum formam substantialem, XIX 377D, et terminus alterationis, XXIV 325D, quod enim in viventibus dicitur mors, in non viventibus dicitur corruptio, XXIII 300B'. — In corruptibilibus forma imperfecte complet potentiam materiæ, XXI 248B', ideo non per unam complentur formam, sed successive plures accipiunt, 248D'. Quoad substantiam et operationem mensurantur tempore, XXI 147A, quandoque ævo, juxta Henricum, 147C, D, et motui continuo subjiciuntur, 146B'. — An corruptibilium et incorruptibilium una sit materia quantum ad esse, affirmant multi, XXII 19A', 21C', 22B, A', 23D, 24D, sed negant plures, 21B, D', 22A, C, D', 23B', 25D; an saltem omnium corruptibilium sit materia numero una, 21D. An necessario corruptibile sit quod tangitur, XXIII 383B, XXV 286A. —

tionis ab his qui tenent esse ab essentia realiter non differre, XXI 195C', et a contrarium sentientibus, 196B. — *Cf.* Factio, Mutatio.

Creare actus est infinitæ potentiæ, quum non esse et esse distent in infinitum, XIX 212C, et est proprius actus Dei, XXI 55B, 56D, C', 57C, B', XXII 14A, ut omnipotentis, XXI 56D', 57C, et primæ causæ, 46D', 56C', 61D, seu primi principii, 56C. — In Deo differt creandi potentia a potentia generandi, XIX 347A', XX 289A', qua quoad aliquid est posterior, XIX 347B, quoad aliquid prior, 347D'; nec de Deo utraque prædicatur æquivoce, 346B', 347A, sed univoce si considerentur in essentia divina, 347B, 348D, vel analogice, seu per prius et posterius, si in effectibus, 346B', 347B, D, 348A, D. — Nulli creaturæ videtur communicabilis, XIX 212D, XXI 57C, 60D', 61D, D', 62D, XXIV 59B', 149B', contra Scotum, XXIV 60D, et Durandum, 60C, ne intelligentiis aut angelis quidem, XXI 62A', D', 63D', 64B', nec multo magis corpori, quod non agit nisi movendo et tangendo, 61D', 62D. Nulla igitur creatura aliquid creare valet, nec virtute propria, ut primum agens, XXI 61D, nec virtute primæ causæ, ut instrumentum, 61A', C', contradicente tamen, quoad posterius, Cartusiano, 61D'. — Verumtamen, licet Deus sit per se creator naturæ, XX 9A', multa producit per causas secundas, ut servet rerum ordinem, 17A'; sed verba hæc, facere aut creare, de Deo et creaturis secundum eamdem rationem dici nequeunt, XXI 56A, C. — An esse creatorem Deo competat per se vel per accidens, XX 295D', ab æterno vel ex tempore, 296A, C, 297D', 298B', 299D, essentialiter vel personaliter, 299D', 301C; an realem relationem ponat in Deo vel in creatis, 303A, 304B'; an remaneat, cessante rationis actu, 303B, 304B'. — *Cf.* Cooperatio, Creatura, Intelligentia.

Creatio opus est voluntatis et naturæ Dei, XXI 57C, sed liberæ voluntatis, naturæ non necessitantis, XX 609A', XXIII 437B', actus intellectus et voluntatis, XXI 100B, proprie actus intellectus, juxta Alexandrum, 60B', voluntatis, juxta Albertum, 57C, et consequenter naturæ, 57D, in quantum natura et voluntas in Deo unum sunt, 57C; quid in ea tribuendum sit intellectui et voluntati, XX 388A, sapientiæ, voluntati, potentiæ, 609A, D', 610B, 612B; quomodo in ea concurrant misericordia et justitia, XXV 353B. — In ea tria sunt : creatio, distinctio, ordinatio, XIX 80A, vel creatio, gubernatio, XXV 360D', et conservatio, XXI 98A et s., ex quibus creatio potentiæ adscribitur, XIX 80C, XXI 57B, D, XXV 351C', distinctio et gubernatio, sapientiæ, XIX 80C, 213D', 214C, XXV 351C', conservatio et ordinatio, bonitati, XIX 214B, 247D', unde in opere creationis relucere dicuntur Dei potentia, sapientia et bonitas, 247C'. Et quum in ea consideratur potentia, seu magnitudo, XIX 248B, XXV 351B', Patri tribuitur, XXIII 437A', quum sapientia, seu dispositio, Filio, XIX 45, 248B, quum bonitas et ornatus, XX 612D, Spiritui Sancto, XIX 248B. — Et revera creationis, quum sit contingens productio, principium adscribendum est principio necessariæ productionis, quod est generatio in divinis, XXI 81B, ac proinde tribus commune est personis, 81C, et ad tres pertinet, non ut sunt distinctæ personæ, sed ut sunt una creativa potentia, 119A'; unde tres personæ æque sunt primum et immediatum rerum principium, *ibid.*, et unus sunt creator, non tres creatores, quum actus creandi sit essentiæ, non personarum, XIX 249B, 475A', C'. Absolute tamen non requirit creatio tres personas, XXI 81D. — Creatoris operatio operationi assimilatur artificis, XXII 169D', sed in his differt, quod Creator non solum influit formas, sed materiam ipsam producit, 170A, item quod formæ ab eo infusæ similes sibi

mentaris mundi in esse producta est prima die, XXII 35C, id est in esse primo et quoad formas substantiales, 36A', 38 D', quantum ad esse informe, 26A'. Hanc subsecuta est distinctio, natura, secundum Augustinum, XXII 5C', 6B', tempore, juxta alios, 6D', scilicet die prima, 34A, secunda, 50A, et tertia, 83C'; demum ornatus, diebus quarta, quinta et sexta, 89A, ab imperfectis ad perfectiora procedens, a natatilibus ad volatilia, dein ad gressibilia, demum ad hominem, 113A; utra die perfecta sit creatio, sexta an septima, 115C, A', et cur in ea Creator sex dies impenderit, 11C', 112A. — Quo sensu dicatur Deus septima die ab opere cessasse, XXII 114C', 115B, D', aut requievisse, 115A, 116D, et num sic cessaverit ut nihil deinceps producat, 114C, D, 116A, B, C, aut rebus influat, 117D. A septima die non fit nova creatio, nisi circa exitum animarum in esse, et infusionem gratiæ, XXIV 55 C'. — *Cf.* Dies, Distinctio, Ornatus.

CREATURA aliter a philosopho consideratur, aliter a theologo, XXI 32. — Creaturæ ex se indifferentes sunt ad esse et non esse, XXI 191C', imo ipsis magis competit non esse quam esse, 88A'; ante enim creationem nulla eis erat potentia qua ex se ad esse venirent, et post creationem nulla est qua in esse conserventur, XIX 377C'. Necessarium igitur esse non habent, nec in se, XIX 381C', nec in causa, id est in Deo, 382 A, 383A', D', et ideo nulla nec a se, nec necessario nec ab æterno est, 382B, 384 A', D', quidquid contra dixerint philosophi, intelligentias et cœlestia causatum esse non habere, nec ad Deum referri nisi per dependentiam, 382B, A', 385B, XXI 69B', 82D. — An autem repugnet creaturam ab æterno esse creatam, affirmant plerique, XXI 82B, præcipue Henricus, XIX 385A', XXI 76D, 77A, quia creatura ex se habet non esse, 75D', 76A, ita ut non modo esse habeat ab alio, ut Filius in divinis, 76B', sed de non esse transire debeat ad esse, 76C', quod per modum mutationis efficitur, etsi non sit vera transmutatio, 76 D'; item Albertus, alioqui Deus invidus inveniretur, 84C', Parisiensis et Petrus, quia implicat, non ex parte Creatoris, qui potuit ab æterno creare, 71B, 79C, sed ex parte creaturæ, cui non competit ab æterno esse, 79A', B', Bonaventura, 85C, nisi simul ponatur materiam esse æternam, 71 B', Richardus et Aureolus, ob varias rationes, 85D, D'; negat Thomas, 70B, B'; affirmant vero Durandus et Cartusianus, si de creaturis sub motu agatur, quia nequeunt esse motus infiniti, 74C, negant de creaturis permanentibus, ut angelis et animabus rationalibus, XIX 387B, XXI 87A, 88B, 89A, quia nihil obstat, nec ex parte creantis, 73B, nec ex parte creati, 73D, nec ex parte actionis, 73B'. Sed quidquid sit de possibilitate, de fide est mundum et creaturas ex tempore incepisse, XXI 70A, D', ideoque ab æterno non fuerunt, nec in esse essentiæ, nec in esse exsistentiæ, XX 389A', B'; illis ergo competit fieri et factum esse, et hoc dupliciter, XIX 426A, nec totum esse suum simul habere possunt in actu, XXI 144A', B', saltem quæ tempore mensurantur, ut generabilia et corruptibilia, 146B', 147D, quamvis, juxta quosdam, habere possint spirituales substantiæ et cœlestia, 145A, D', 148B'. — Stricto sensu creantur tantum in primo instanti, sed lato sensu dici possunt semper creari, quoad manent, XXI 118 D'. — *Cf.* Creatio, Mundus.

Omnes a Deo immediate sunt, XX 434 A', D', adeo ut cessante virtute creante, dissiparentur, 434B', 435A, 437C, 445D, sed aliæ immediate sunt tantum, aliæ immediate simul et mediate, XXI 63B', nulla mediate dumtaxat, XX 436D, quidquid dixerint philosophi, non nisi unum a simplici Deo procedere potuisse, XXI 59B', 60B, 64B, B', a quo causata sunt alia, 60A', D', 61A', 62A', D', 64B';

quum enim in una non sufficienter repræsentari potuerit divina perfectio, in multis eam figurari decuit, 63 D'. — Duplex igitur est creaturarum ordo : alter constitutionis, quo Deus solus operatur, alter propagationis et conservationis, in quo operari possunt causæ secundæ, XXI 64 D, propter quod eis inditæ sunt rationes obedientiales, quibus natæ sunt Deo obedire, XX 565 D, et rationes seminales, quibus naturales exercentur effectus, *ibid.*, potestas cognoscendi, quam participat creatura intellectualis, et potestas operandi, quam participat natura, XXI 245 A. — Esse a Deo participant, juxta Henricum, non quasi substratum in quo esse recipitur ut forma, XIX 405 A', D', sed quasi quædam divini esse similitudo, 405 C', 406 B, ita ut ipsa essentia, quod est, habeat esse in quantum est effectus et similitudo divini esse, 406 C. Imo in creatura duplex est esse : esse essentiæ, seu quidditativum, et esse actualis exsistentiæ, XIX 407 A ; primum inest essentialiter, et idem est cum ea, 407 A, secundum non inest essentialiter, sed per modum accidentis advenientis essentiæ, 407 B, licet non sit proprie accidens, 407 C. Quæ duo differunt realiter, juxta quosdam, XIX 407 D', ratione tantum, juxta alios, 407 D, D', et intentione, 407 A', ita ut idem esse, in quantum ad primam causam exemplarem refertur, esse essentiæ vocetur, in quantum ad primam causam efficientem, esse exsistentiæ, 408 A, et his consentit Cartusianus, 408 D. — Ceterum creatis competit sex modis habere esse, XX 400 C', vel decem, XIX 381 D', vel undecim, 384 C'. — *Cf.* Esse.

Multipliciter in Deo dicuntur esse, XX 443 A', 444 B, 446 A, et Deus in ipsis, 442 B, A', 443 D', 444 A', 445 D, 446 A, 449 A ; omnes enim in Deo sunt ab æterno, non per modum rei intrinsecæ, sed sicut objectum in vidente, XIX 154 D, idealiter, XX 395 B, 397 B', et causaliter, 394 D', 397 C', per præscientiam et causativam potentiam, 423 B', D', non tamen per esse essentiæ, 389 A, B' ; nec enim divina sunt essentia, nec in divina essentia, 394 A, 423 D', sed in divina scientia, 423 D'. Omnes in divina sunt mente, sicut artificiata in mente artificis, XX 395 D', omnes in essentia divina similitudinem habent, 396 B', etiam imperfectæ, 424 A, tanquam in fonte omnium perfectionum, 396 C', 399 A'. — Quantum ad esse suum ideale et exemplare, verius sunt in Deo quam in se ipsis, XX 424 C, D', 425 B, nobilius in intellectu creato quam in se, 424 A', D', 425 A, sed verius in se quam in intellectu creato, 424 D ; quantum ad esse in propria natura, verius simpliciter in se ipsis quam in mente divina vel creata, 424 C', 425 A, si tamen dici possunt esse in se ipsis, 448 B'. — Earum processus a Deo ex processione æterna personarum derivatur, XIX 519 D, sicut trames a fluvio, 45, quia sicut fluvius a Deo exeunt, 46, per potentiam rationalem, in similitudinem ideæ, 333 D, per intellectum et voluntatem, sicut divinæ personæ, licet diversimode, XX 289 B', et quasi circulariter, quia per eamdem processionem redeunt ad ultimum finem, XIX 519 A' ; sed infinite a Creatore distant, et extra unitatem divinæ essentiæ procedunt, 45. In Deo recte dicuntur vita, XX 394 A, quia quoad ipsum non habent esse deficiens, 394 C, et lux, 394 A, quoniam in Dei cognitione relucent, 394 D, non autem sapientia nec potentia, 394 A', quia ut creaturæ non sapiunt nec possunt, 394 D, nec motus, etsi in Deo moveantur, 394 B' ; in Deo sunt sicut numeri in unitate, lineæ in centro, particularia in universali, XX 399 A', 563 D'. Quomodo dicantur ex Patre esse per Filium, XX 319 C, vel ex Patre per Filium in Spiritu, 318 D', 320 D, 322 B'. — An sint alia creabilia quam quæ fecit aut facturus est Dominus, XX 575 A. — *Cf.* Idea, Processio.

Ad manifestandam Creatoris excellen-

D

ralem et innatam, 296D, 300A', D'. — Scientiis videntur acuti, quum sit eis perspicacissima intelligentia, XXI 397 B', 399B', quam exstinguere non valent passiones, 397B, quia in intellectu vitiositas non excludit claritatem, 407A', nec acerba tormenta, 397C, quibus prævalent eorum naturalis vigor et malitia, 362C; imo eorum astutia, etsi non modice obscurata, 397B', 407A', a propria malitia acuitur, 402B', et cum illa indesinenter crescit, 402D', mutuaque experientia augetur, 403A. — Lucem divinam in se nunquam viderunt, XXI 296 A, nec Deum per speciem, 299D', ideo cognitionem matutinam nunquam habuerunt, 295D', 300B, nisi impropriissime dictam, 300A, 301A', eaque nunc privantur, 301B; vespertinam autem habuisse et habere videntur, 298A'. — Scientiam naturalem servaverunt integram, XXI 400A, A', 401A, scientiam gratuitam speculativam, minoratam, 400 B, scientiam autem gratuitam affectivam, nullo modo, 400C: triplici ergo vigent scientia, naturali, experimentali et revelata, 398D'. — *Cf.* Cognitio.

Deum non cognoscunt formata et salutari scientia, XXI 398A, sed eum certe norunt scientia naturali aut primitus infusa, 397D', renitente Alexandro, 397 B', item per effectus temporales, 397C', spirituales, 398A, et judiciales, 397C'. An et quomodo noverint Incarnationis mysterium, XXI 398D, 400D, Jesu divinitatem, XXV 101D', 102A, A', et B. Mariæ virginitatem, 101C'. — Habitus naturales, acquisitos et gratuitos, ut justitiam, virtutes et gratiam, cognoscere valent, sive per species suas, XXI 256 B, sed speculative tantum, 256C, sive per privationem et effectum, 256C, D, 398B'. — Res in genere suo scientia innata cognoscunt, XXI 398C', 402A, et particularia quæque, 402A', 403B, item scientia experimentali, 398D', 399D', 400C, quia etsi a sensu et a rebus nihil accipiant, 400C, 403D, constat tamen eos aliquo modo rebus affici, 403C', sicut animas nostras corporum passionibus, 403D' et s. — Quæ causas habent determinatas ad effectum, cognoscunt per causas naturales, XXI 399B', 400 B'; quæ aliqua signa tantum habent, per conjecturas, 399B', 402B, 405A', quæ sæpe eos fallunt, 399A; quæ nec causas habent determinatas nec signa, ut divina decreta, cognoscere possunt per angelicam revelationem, 399B', C', 400B', 403B, quantum ipsis competit, 400B, 403C. Futura ergo quæ in suis causis determinata sunt, ut motus cœlorum, optime sciunt, XXI 411D', alia quæ in causis suis sic determinata sunt ut frequenter tantum eveniant, multo acutius prævident quam homines, 412A, etsi incertitudinaliter, 416D, B', quæ autem in causis minime determinata sunt, naturaliter præsagire non valent, 412B, nisi angelorum revelatione, 417C; sed ingenii acrimonia et diuturna experientia multos eventus prævidere possunt, 417B. — Et quæ ita præviderunt, hominibus revelare possunt, XXI 412C, non mentem illuminando, ut in revelatione divina, 413D, sed illuminando phantasmata, 412D, vel imaginationem immittendo, vel exterioribus signis, 413A', 435C. Multa igitur naturalia prænuntiare possunt, quæ a motibus cœli ordinantur, XXI 413B, 416D, multa etiam voluntaria, quæ aliqualiter subduntur cœlestium impressioni, 413C; et sic præcipue homines ad idololatriam traxerunt, 414C, et sibi divinos honores tribui fecerunt, 414A, 417B. — An cogitationes hominum cognoscere valeant, XXI 405D', 407C, 463A', 464D, XXIV 268A, et quomodo, XXI 406A, 463B', 465A', et quatenus, 406C, B', 464B, 465B'. — An et quomodo accidat eis error, XXI 398D', oblivio, 399B, 400C', D', 401A', 402C, nescientia, 401B', aut ignorantia, 401 D'. — *Cf.* Cogitatio, Cognitio.

Potentia. Dæmonibus subjecta est materia inferiorum, non absolute, ut asse-

quidem bonum naturæ, id est subtilitas essentiæ, XXI 370A', 381 C', sed corruptum, imo plus corruptum quam in hominibus, 383C, quoniam in illis corrupta est ratio, 383C', appetitus, 383C', 384C', phantasia, 383 D', et voluntas, quæ a malo resilire nequit, 384 B', et in affectu peccandi jugiter perseverat, 383 D'; unde indesinenter peccant, quia semper malam habent voluntatem, 385C, nec quidquam boni velle possunt nisi propter malum, 387 A, nec quidquam facere nisi mala voluntate, 385D. Et quum in eis perseveret mala voluntas, XXI 389C, imo quotidie, saltem aliquo modo pejor fiat, 384 D', 389D, 390B, quoad accidentale supplicium sunt in statu merendi usque ad judicium, 385A, 390C. — Quomodo Deum odio habeant, XXV 461 D', 462A, 464D, et an velint eum non esse, XXI 389D', vel se non esse, 390A. — *Cf.* Damnatio.

Locus. Dæmonibus non debetur locus secundum essentiam suam, sed secundum operationem aut pœnam, XXI 349 A', quia a loco aliquid pœnæ recipere videntur, 350C', contra Thomam, 349D', 350B. Ideo merito superbiæ suæ in infernum detrudi meruerunt, XXI 349A, D', sed ad tentandum homines, in aerem caliginosum relegati sunt, 349C', 352B, 353B, B', XXV 326A, id est in medium aeris interstitium, XXI 349B, D, tanquam in carcerem, 353A, C', 354B, non in superiorem partem, quæ lucidior est, 349A, C, nec in infimam, ne hominibus nimis infesti sint, *ibid.*, et hoc usque in diem judicii, 349B, in quo in infernum mittentur, 349D. — In caliginoso igitur aere consistunt, unde exeunt catervatim ad decipiendos homines, XXI 354C, C', non ad libitum, sed quantum concedit Deus, 354B', et nonnulli, ad torquendas animas in inferno versantur, 352B, et in purgatorio, 355D. — Intra corpora illabi possunt, XXI 460C, C', intra scilicet limites quantitatis, non essentiæ, 459A', et in ipsis subsistere, 460C, sed animabus illabi nequeunt, et extra manent, 459 B', 460A, 461 C', eas quasi circumvallando, 460C, et obsidendo, 461 A. An et quomodo contingat in eodem corpore cum anima subsistere dæmonem, XX 453C', XXI 459B, 461 B', imo multos dæmones, XX 456 A', B'; quomodo sint in simulacris, XXI 459C, 461 B. — *Cf.* Locus.

Dæmones subtilia habere corpora arbitrati sunt philosophi, XXI 441 D', et quidam doctores, ut Augustinus, 441C, 442B, 448D, Bernardus, 441D, et alii, 448A; sed quia eos incorporeos tenet communis sententia, 442C, 448A', etsi non omnino certa, XXV 473B, necesse est, quum hominibus apparent, XXI 428 C, 441 C', quædam eos sibi aptare corpora, in quibus moventur et loquuntur, 441 B', corpora scilicet, aut ex pluribus elementis conformata, ut quibusdam placet, 447C', 448C', aut ex cadaveribus assumpta, 449D, B', aut, juxta probabiliorem sententiam, ex aere grossiori, 441 B', 443A', 448C', 449A, et inspissato, 442B', exterius apte configurata, 442C', non interius, 442D', 448C', nec ab anima rationali informabilia, 448A, et quibus uniuntur, non ut formæ vivificantes, 442D, 443A, sed ut motores, 442D, vel potius ut artifices instrumentis, 442D. — Et quia his non uniuntur ut formæ, XXI 451 A', in ipsis non habent operationes vitales, 451 D', 452B', 455A, nempe operationes animæ vegetativæ, 450D', et sensitivæ, 450A, 451 B', sed eas tantum quæ motorem sequuntur, 451 A', D'; ideo nec vident nec audiunt per organa sensuum, 450B, 451 C', nec loquuntur lingua, 450B', nec comedunt proprie, cibos incorporando, 450A', 452A, 454A', nec generare possunt, 451 B, 452A, etsi cum feminis commisceri valeant, 452B, C', 453 C', 454 D, 457 B', et semine alieno ministrato generationem procurare, 451 B, 452C, 453B', D', 458A'. Quomodo in corporibus assumptis moveantur, XXI 452D. — *Cf.* Apparitio, Incubi.

Officium. Quum dæmones alii aliis sint superiores natura, XXI 355D', et divina ordinatione, 356A, inter eos est ordo naturalis, 218A', 356D, et a Deo institutus, 357C, qui vel post judicium non penitus cessabit, XXV 363A', item et prælatio naturalis, XXI 356A, a Deo quidem instituta, 356D, 357B, C, sed quoad ipsos malitiosa, qua ex malitia tam imperant superiores, 356A', 357C, 358B, quam obediunt inferiores, 356B', D', non ex amicitia aut amore, sed quasi potentioribus ac pejoribus, 356B', 357A, A', libenter vel invite, 357D, D', 358C. — Et universi adversus homines sibi ad invicem confœderantur, XXI 356A, et consentiunt in malo, 358A, sicut a principio consenserunt, 357D'; dæmoni specialiter cuique vitio præsidenti subduntur innumeri ejusdem generis, 357B', et universi Lucifero parent, 357A. — Superbia et invidia potissime laborant, XXII 219C', quibus incitati tentant homines, 219D', et unicuique viatori datur dæmon socius ad exercitium, XXI 543C', 544A, qui pluribus successive deputari potest, 549D, et secum adjutores habere, XXIV 481B. — Tentatores diaboli vim concupiscibilem movere possunt, sicut et imaginativam, XXI 410B', XXII 220C, in sensus exteriores et imaginationem species sensibiles et imaginarias immittere, XXI 408D, C', 410A, D, 459D, propter naturæ suæ excellentiam, 409C, et sic illudere hominibus, 408D'; item appetitum variis modis incitare ad malum, 411B, 463D', 464C, 465A. Nihil vero possunt in voluntatem, XXI 409C', 459A', 464A, B', nisi indirecte, turbando inferiores vires, 410A', nec in intellectum, 410A, C, D, nisi mediate, phantasmata perturbando, 410B, vel se spiritui sensibili immiscendo, 417C', 459D. — Cogitationes bonas impedire valent, intelligentiæ meatus obstruendo, XXI 411C, A', et malas suggerere per modum immittentis, 411A, seu potius incentoris, 411B, C', et immittere, 411A, seu potius incendere, 410D', 411B, non intrinsecus imprimendo in intellectum, 463D', 464B, C', sed phantasmata ab extrinseco ingerendo, 464C, disponendo, 411C', aut illustrando, 463B', sensibilium imagines imaginationis organo imprimendo, 417B', 428D, vel malum consulendo aut suggerendo, 418A; sed quia voluntatis consensum extorquere nequeunt, XXII 220D, cogitationem mali dumtaxat, non malam suggerere possunt, XXI 417D', 464C'. — Item maleficia causare possunt, XXV 142D', maxime circa generationis actum, 143D, quia subtilitate naturali multa norunt et possunt, 143A, et quamdam in hominem potestatem servaverunt, 143B'; non tamen quæcumque volunt faciunt, sed quæ ipsis a Deo conceduntur, XXII 225A', B'. — Contra exteriores eorum vexationes valet aqua benedicta, contra interiores exorcismus, XXIV 167B'.

An dæmon semel victus jus amittat quemlibet tentandi deinceps, ut vult Origenes, XXI 363A, et quidam alii, 364C, B', vel tentandi quempiam de eodem vitio, 363D, 364D, 365B, D, vel eumdem tentandi a quo semel victus est, 364D, C', 365A, D, plane incertum est, 363D, 364B', 365B', imo absonum videtur, quia tentatio ad electorum probationem permittitur, 363C', et ex historia constat multos sanctos diu et assidue tentatos fuisse, licet strenue restiterint, 363C, 365B'. Hoc tamen scimus, quod etsi quemlibet tentare valeat diabolus, XXI 364B, non tamen quamdiu vult, sed quamdiu ipsi permittitur, 364C', et quum superbissimus sit et vinci abhorreat, 364D', 365B, fervidos et perfectos tentare formidat, 357D, de quorum viribus triumphare desperat, 364A, A', 365B, quin tamen totaliter ab eis recedat, 551C', 552A, C. — *Cf.* Tentatio.

Pœna. Dæmones, licet extra infernum positi, pœna debita non carent, XXI 350A', 351B', 362D, quia, juxta quosdam, infernalem ignem secum ubique defe-

382D, 383C; nullo autem modo remanent bona gratiæ et gloriæ, 383B. — Pariter manet liberum arbitrium secundum essentiam, XXI 391D, seu esse, 393B', C', id est quoad libertatem a servitute coactionis, 391A', sed minutum et depressum quoad statum seu bene esse, 393B', id est quantum ad libertatem a culpa et miseria, 391A', 393D', ita ad malum ligatum per habitum malitiæ, 378B, ut ad effectum transire non valeat, 383C. — Voluntas igitur eorum naturalis potest quandoque aliquid boni velle, XXV 463D, voluntas autem deliberata semper mala est, 463A', et quando accidit eam bonum morale velle, quoad actus substantiam, 465A, vel etiam quoad formam aut intentionem, illud non propter ipsum bonum vult, 465B, sed propter fugam pœnæ propriæ, 465C, vel alienæ, 465D; unde quidquid volunt, malo fine volunt, 463B', et quælibet eorum voluntas recte dicitur mala, 465B. — Nec ideo vere pœnitere possunt, peccatum propter se detestantes, XXV 463B', sed tantum propter pœnam quæ sequitur peccatum, 463B'. Nec spem habere possunt, XXI 386B', nec ad invicem aut ad Deum actum deliberativi amoris, sed solum ad se ipsos, XXV 465D; nec ad propinquos servant amicitiam, 464A, sed ad invicem et ad omnes summum habent odium, 465D; et quum pleni sint odio et invidia, 463D', de bonis omnibus dolent et omnes vellent esse damnatos, XXI 382C, XXV 463D', 465C, etiam propinquos, 464A, etsi inde augeatur eorum supplicium, 464B : in eis enim, ob acerbitatem doloris, remittuntur aliqualiter affectiones voluptuosæ, ut luxuria, sed augentur pœnales et amaræ, ut invidia et odium, 464C'. — Voluntate naturali et absoluta non possunt velle se non esse, XXV 454D', 455A, ut simpliciter esse careant, 454B', 455A, sed voluntate deliberativa et conditionata id velle possunt, XXI 390A, XXV 454C', D', non per se, sed per accidens, 454B', ut a pœnis liberentur, 454C', 455B, A'. Imo, juxta Richardum, potius debent velle se non esse quam esse in peccato obstinatos, XXV 455C, sed non potius quam esse in pœna a Deo juste inflicta, 455C, 456A, 457D, contra Cartusianum, 455D, 457A'. — An velint se adhuc peccare aut olim peccasse, XXV 464A', C', 465C. — *Cf.* Dæmon.

Scientia. Quum in damnatis nihil sit quod non sit eis causa tristitiæ, XXV 461D, scientia in præsenti vita acquisita uti possunt, sed ad augmentum miseriæ, 461C, A', quia nil nisi triste cogitant, 461A', C', nec pœnarum acerbitate impediuntur a considerando, 461B, B'. — Deum videre cupiunt, amore non ejus bonitatis, sed propriæ delectationis, XXV 468B', sed eum per speciem non vident, alioqui evacuaretur omnis tristitia, 380D. Eum ut bonum considerare nequeunt, sed ut justum, ad propriam pœnam, XXV 461D', eumque ut punitorem et prohibitorem oderunt, 462A, 464D. — In die judicii claritatem corporis Christi videbunt, XXV 302C. — Beatorum gloriam nunc vident, ad propriam confusionem, XXV 458A', sive per speciem infusam, ut vult Petrus, 459D, sive sine ullius speciei infusione, ut contestatur Richardus, 459C', quia eorum gloriam in generali dumtaxat, non in speciali cernunt, 458D', 459A, B, D, non intuitiva et clara cognitione, 459A', sed quasi ex conjectura et ratiocinio, 459B'. Sed post judicium adeo suarum pœnarum acerbitate absorbebuntur, ut aliis intendere non valeant, XXV 458D', et Beatorum visione ac lumine privabuntur, 459C. — Ea quæ circa nos sunt cognoscere aliquando possunt, non per scientiam directam, XXV 462B, sed per conjecturam aut revelationem dæmonum et aliorum damnatorum, 462D. — Res in se ipsis cognoscunt non per phantasmata, ut modo, sed per species intelligibiles, ut angelus, XXIII 507A', 509A', modo tamen discursivo, 509A. — *Cf.* Anima separata, Cognitio.

Locus. Sicut Beatis congrue deputatur cœlum empyreum, sic damnatis locus subterraneus seu infernus, quia terrena dilexerunt, XXV 308C'. In inferno ergo locantur, sed varie pro varietate demeritorum, XXV 325C, et ex horrore loci non modicum accidentalis pœnæ augmentum accipiunt, 326D'. — Extra infernum vagari nequeunt, nisi ex dispensatione divina, XXV 311B', et ubicumque sunt, ignem infernalem vident, eoque torquentur, 311C'. — De inferno tamen, permittente Deo, egredi possunt, sive ad tempus, ut viventibus appareant, XXV 324A', 326B', sive etiam, peculiari providentia, finaliter, ita ut locum mutent et statum, 327A'. — An in inferno a dæmonibus torqueantur, duplex est opinio, XXV 363B, 371B, quarum verior videtur affirmativa, 363C, ut servetur ordo inter angelicam naturam et humanam, 363D. — *Cf.* Infernus.

Pœna. Damnati prout plus vel minus peccaverunt, plus vel minus puniuntur, XXV 352D, sed semper citra condignum, id est non tantum quantum culpa promeruit, XXIV 389B', XXV 352A'; dicuntur tamen duplici tribulatione affligi, quia in anima et corpore pariter cruciantur, XXIV 389A', XXV 352B', aut plus in pœnis exerceri quam in culpis lætati sunt, quia pro momentanea delectatione æternum sustinent tormentum, 352B'. — Duplici subjiciuntur pœnæ, damni scilicet et sensus, XXV 260A', 468A', quæ ambæ analogice conveniunt in ratione pœnæ, 468C'; et iterum duplex est pœna sensus, interior et exterior, 260B', altera spiritualis, altera corporalis, 304D. — Certum est enim eos visione Dei carere, XXV 468A', quæ est omnium gehennæ pœnarum gravissima, 468C, B', saltem in adultis, 468C. — Certum est pariter eorum animas nunc igne infernali affligi, XXV 310D, 316C, non quadam vi sensitiva in ipsis remanente, ut volunt quidam, 316C', D', nec quia in se gerunt corporis similitudinem, 316A', nec simplici ignis visione, 310D, aut apprehensione, 310A', 315B, C', 316A, sed vel unione cum igne, juxta Thomam et sequaces, 311B, cui præter voluntatem alligatæ detinentur, 311D, B', 313C, ubicumque sint, 311B', unde fit ut nec ad alia se movere nec alia cogitare valeant, 315A', vel potius, juxta Cartusianum et alios, ignis contactu, sive supernaturali, quia ignis ut instrumentum divinæ justitiæ, in animam agere potest, 310D', 311D', 314D', modo nobis incognito, 316B, mediante vi quadam animæ impressa, 317C, sive contactu naturali simpliciter et calefactivo, 318A, B, C'. — Certum est demum damnatorum corpora, post judicium, vere igne infernali esse crucianda, XXV 314B', sive intentionali ignis actione, juxta quosdam, 312A, sive naturali, juxta Cartusianum et alios, 316A, 317B', cum propria calefactione, 312C, 317C', 318A, et corruptione, saltem quantum ad esse accidentale et bonam dispositionem, 311D', 314B', quin tamen consumantur, 312A', 314B', sive ex conditione ignis, 312B', 314C', sive ex propria dispositione, 312D'.

In resurrectione igitur recipient damnati corpora sua, XXV 304D, cum deformitatibus suis, 270C, 271C', 305D', incorruptibilia quidem, 304A, C, ut igne non solvantur, 304A', sed passibilia, saltem passione per modum animæ, 306B', ut igne affligantur, 306D', quin mutetur naturalis eorum dispositio, 306B'; et in his interius exteriusque ardebunt, propter quod et ab igne devorari dicuntur, et ut clibanus ardere, 469A'. — Juxta Parisiensem et Henricum, non sola apprehensione ignem sustinebunt, XXV 307C', 310A', 470D, 471C', ita ut corporibus eorum in sua naturali dispositione ac temperamento manentibus, 470A', dolor eis ingeratur intensissimus, 470B', hoc enim naturaliter fieri nequit, 470C', et inde non nisi supernaturaliter paterentur, 470D', nec ad hoc opus esset igne,

tenentur nisi post duos menses a matrimonio, 78A'. — Quoad jus ad debitum æquales sunt uterque conjux, XXV 118 B, et quocumque tempore et hora solvere tenentur, 118C'; ideo neuter, contra debitum conjugale, inscio altero, votum emittere potest, 118D, ne votum quidem non petendi debitum, 118B', 119C, D', 120A. Sed sic intelligendum est jus exigendi, ut consortis sanitati non officiat, XXV 116D, ideo a viro impotenti non plus exigi potest quam valet, 116B'; vir autem culpa sua impotens non excusatur, et pœnitere debet, 116B'. Vir uxori vel per signa petenti reddere tenetur, XXV 117B, uxor autem viro non expresse petenti non tenetur, 118C. — An liceat viro seminifluo debitum petere, XXV 117B', aut uxori tempore menstrui, 117 B, aut imprægnationis, 119D; an teneatur reddere his temporibus, 117C', aut viro leproso, 117A; an possit cæcus debitum reddere feminæ quam dubitat esse suam, XXII 245D'; an et quandonam liceat famulo heri præceptum omittere, ut debitum reddat uxori, XXV 154A'. — Clericus uxoratus, post receptionem ordinis sacri, debitum uxori petenti reddere tenetur, XXV 84A', sed ab ea petere nequit, 85A. — Quia non mediocriter devotionem impedit actus conjugalis, non licet petere diebus festivis, XXV 118C', et communionis, 116C', D', et hoc sub levi, 118D'. — *Cf.* Coitus, Conjuges.

DECALOGUS. Præcepta Decalogi de lege sunt naturali, XX 643A, XXIII 600A', cujus sunt quasi prima principia, 601 C', 604C; sed quamvis ea dictet ratio naturalis, necesse fuit, ex variis causis, ea lege promulgari, 601B', et scriptis redigi, 601C'. An a Moyse congrue assignentur, XXIII 601C', recte ordinentur, 602D, sufficienter enumerentur, 602C'; quot in quaque fuerint tabula, 605D. — Tria prima ad Deum spectant, XXIII 601 B, ad quem tripliciter ordinant hominem, 602D, et ea quæ religionis sunt seu latriæ determinant, 604A', B', septem alia ad proximum pertinent, 603 B, et quæ sunt justitiæ ordinant, 604A'. — Plura in eis prohibentur quam littera exprimitur, XXIII 602B, 608A, quoniam varia continent, alia explicite, alia implicite, antecedenter vel consequenter, XXIV 433D, et ad ea quodammodo reduci possunt omnes leges, XXIII 603D. Cur plura sint negativa quam affirmativa, XXIII 602A. Cur in sexto et septimo secundæ tabulæ præcepto prohibeatur mera concupiscentia, XXIII 636B et s. — A præceptis primæ tabulæ, XX 644A, quæ ordinem creaturæ ad Deum respiciunt, 643A, Deus dispensare nequit, 644A, XXIII 607B', nec contra hæc præcipere, XX 643B; a præceptis autem secundæ tabulæ, 643D', quæ de ordine tractant creaturarum ad invicem, 643A, dispensare potest, juxta quosdam, 643 D', 646D', XXIII 607B', et contra hæc præcipere, XX 643B, XXIII 606B, contradicentibus tamen Thoma et Richardo, qui tenent in nullo Decalogi præcepto dispensari posse, ne a Deo quidem, 606 A', 607A, nec eis unquam fuisse derogatum, 607D'; et multo minus in his dispensare potest Papa, XXIV 528A. — *Cf.* Præceptum.

DECENTIA. Illud omne decens dicitur quod est honestum, XXV 356B. Aliquid autem decens dici potest, vel quantum ad facientem, XXV 356B, vel quantum ad aliud factum, *ibid.*, et hoc dupliciter, ex ordine ad causam particularem, vel ad causam universalem, 356C; similiter aliquid indecens asseritur ex ordine ad agentem, XX 569A, vel ad causam particularem, ut malum pœnæ, 569B, vel ad causam universalem, ut malum culpæ, 569C. — Nullo modo Deus facere potest quod nullo modo decet, XX 569 A', XXV 356B, A', nec quod dedecet eum, XX 569A, XXV 356C, nec quod dedecet ex ordine ad causam universalem, XX 569D, sed ad bonum superius, facere potest quod ex ordine ad cau-

tenent degradationem esse omnimodam potestatis spoliationem, 40B', 42B', D'; similiter sacerdos degradatus valide consecrat, quia ordinem non amisit, XXIV 344B, C'. Sed ab eis non licet audire Missam nec sacramenta suscipere, XXIV 345 A. — Confessiones autem audire nequeunt degradati, XXIV 477 D', quia in eis potestas clavium quantum ad usum impeditur, licet maneat quoad essentiam, 524B', 525D. — *Cf.* Clavis, Sacramenta.

DELECTATIO ex unione potentiæ cum objecto convenienti consurgit, XIX 40, 117B', XXII 342D', XXV 480B', et definiri potest perfectio potentiæ apprehendentis rem sibi connaturaliter congruentem, 480C', vel quietatio voluntatis in bono convenienti, 403D'; delectatio enim magis est immobilitas et quies quam motus, XIX 116B, XX 608A, in quo a desiderio differt, XXV 403D'; ad eam concurrunt delectabile et conjunctio ejus cum delectante, XIX 121B', et tanto major est quanto potior qualitas objecti, dispositio subjecti, et utriusque conjunctio, XXV 469B. — Ad voluntatem pertinet, XX 608A, sed unaquæque vis tam cognitiva quam appetitiva, propriam delectationem habet sibi connaturalem, XXIII 289A, 290C', sicut quilibet sensus, 287 D. — Delectatio ultimum est quod exspectatur in actibus animæ, XIX 116C', et quemcumque actum convenientem sequitur, 116C', 117A'; perfectio enim quædam est operationis, XXV 430D', quam ornat, sicut pulchritudo juventutem, 430A', ita ut ex operatione et delectatione consistat operatio perfecta, 430D', et ad actionem ordinatur ut ad finem, 431A. Delectatio igitur in opere signum est virtutis, XXII 343A, XXIII 408A, et habitus generalis, 400 C, et nemo castus vere dicitur, nisi qui castitatem delectabiliter servat, XXII 342D', XXIII 540A'. — Verumtamen delectatio spiritualis in orando non sufficit ad discernendum dilectionem naturalem a caritate infusa, XX 26D', 28A, 29B'. — Delectationem naturaliter appetit homo, XIX 40, et qui spirituales respuit, in carnales incidit, *ibid.* Sed spirituales dumtaxat simpliciter delectationes sunt, XXV 275B' : admirabiles enim delectationes sibi annexas habent philosophia, XIX 39, et theologia, quia maxima est jucunditas intelligere quod fide creditur, 89D', item et aliæ scientiæ, XXIII 408A, et quælibet virtus in actu suo, XIX 114B', 117B'; sed in Deo, tanquam summe bono, summe pulchro, et summe conjuncto, perfectio constat delectationis, 121C'. Carnales vero, ut cibi et venerea, felicitatem dare non valent, XXV 273C, 275D, nec sunt nisi quædam medicinæ ad reparandam ruinam speciei vel individui, quæ propter se appeti nequeunt, 273C, 275 C', nec conveniunt homini in quantum homini, 275D; imo corrumpunt existimationem prudentiæ, XXI 305B', et contemplationem maxime impediunt, XXV 273A : quapropter etsi in paradiso terrestri fuissent ob necessitatem, 275B', a paradiso cœlesti omnino excluduntur, 273B, 275C, C', quidquid contra effutiant Sarraceni et Judæi, 272D', 276A. — *Cf.* Voluptas.

Delectatio non est de essentia beatitudinis, XXV 430A', nec est essentialiter beatitudo, nec potest esse ultimus finis, quia per se non est appetenda, 403D', sed ad beatitudinem et fruitionem requiritur, XIX 113A, 116B; quandoque pro fruitione sumitur, 116 D', sed se habet ad fruitionem tanquam genus ad speciem, 116D. Si ad finem referatur, objectum est usus, si in ipsa quiescatur, objectum fruitionis, XIX 120D', illa enim dumtaxat delectatio ad fruitionem sufficit in qua quietatur mens, 119 A. — Sine cognitione haberi nequit, XIX 116B, et æqualis est apprehensioni seu cognitioni ex qua oritur, XXV 480D'; quum ergo in Beatis tam ex visione quam ex dilectione Dei procedat, 438A',

aliqua de Dei essentia saltem confuse apprehendantur, XXI 270A', et per negationem, 270C', nullo enim modo melius cognoscitur quam per negationem, XIX 35, et quo plura de eo negative cognoscuntur, eo minus confuse cognoscitur, *ibid.* Sic multa de Deo scimus cognitione etiam distincta quantum ad quia est, XXI 271A', et ad cognitionem intuitivam quotidie appropinquare nobis fas est, XIX 65C, XX 148D'. Naturaliter invenerunt philosophi quia est, et unus est, XIX 217D, incorporeus, 217A', omnium creator, 217B', XX 564C', simplex, in quantum est quidquid habet, XIX 217B', et omnipotens, XX 564C, C'; et ex revelatione cognoscimus ejus perfectiones in quantum in operibus relucent creationis, administrationis, gubernationis, restaurationis, sanctificationis et retributionis, XIX 79D'.

Diversimode cognoscitur Deus, ab angelis, XXII 252B', 253A, a Beatis, 252 D', et a viatoribus, 252C', 253A, aliter per fidem, aliter per donum intellectus, aliter per beatitudinem, XXIII 576D', aliter per naturalem rationem, aliter per supernaturalem revelationem, XXI 31, aliter per creaturas, aliter per speciem, XIX 85A, C. In sua immensitate cognosci potest etiam in hac vita, sed tantum privative, XIX 215B', item facie ad faciem, sed lato modo, 215C', item in sua præsentialitate, secundum quod præsens est creaturæ, 215D'. Quidquid dicant quidam, per speciem aliquam cognosci potest, XXII 254A, 255D, sed aliter in patria, aliter in via, 255A'. An a nobis cognoscatur per accidens, XIX 218A, C, univoce vel analogice, 218A, D, 219A. — Quadruplici modo cognoscitur, XXII 254D, et sub quadruplici respectu, XIX 81C. An facilius concipi valeat sub ratione infiniti quam sub ratione deitatis, XIX 81A, D'. — Per creaturas tripliciter cognoscitur, per viam scilicet causalitatis, eminentiæ, ablationis, XIX 216 A', XX 140B, 142D', sed hæc cognitio debilis est valde, XIX 217B; et per creaturas tanto melius cognoscitur quanto altior est creatura, XXII 253A', ideo perfectius per intelligibilia quam per sensibilia, 253B'. — *Cf.* Cognitio.

An et quomodo alicujus scientiæ objectum esse possit, XIX 78C, 82C', vel materia, 78D, 82D'. — Subjectum est metaphysicæ et theologiæ, XIX 80D, sapientiæ naturalis et supernaturalis, 38, quia in eo plura sunt quæ uno modo sunt fidei, alio modo rationis, 217C'. Prout igitur in creaturis relucet, objectum est philosophiæ naturalis, XIX 38, prout ex revelatione noscitur, objectum sapientiæ gratis datæ, 38, ut ens et causa, objectum metaphysicæ, 80D, theologiæ vero objectum sub ratione deitatis et infiniti, 80D', 81D, vel perfecti, 82B, vel salvatoris et glorificatoris, 80B', 81A', 82C, vel primi principii et finis ultimi, 82B'. — Item, quidquid dicat Durandus, XIX 122A, objectum est theologicarum virtutum, 122B', fidei, spei et caritatis, XXIII 448D', et actuum earumdem, ac proinde fruitionis, XIX 122B', fidei, ut veritas prima, XXIII 405 B, D', 445B', spei, ut beatitudo certa, 452A, caritatis, ut summum bonum, 449A, 460A. An secundum se considerari possit absque delectatione, XXV 461D', et dilectione, XIX 132A, 133C'. An necessario ametur etiam sub ratione ulciscentis justitiæ, XIX 132C, D'. — *Cf.* Caritas, Theologia, Virtus.

Visibilitas. Divina essentia ab intellectibus creatis ex puris naturalibus videri nequit, XIX 219C, XXV 420B, 424B', 425A, non modo quia non vult Deus, ut asserit Scotus, XIX 219B', sed propter creatæ naturæ infirmitatem, 219B, et summam Dei simplicitatem, 220A; quapropter invisibilis dicitur, 212B, XXV 413D', 416D', et lucem habitans inaccessibilem, 413C', 416C'. — Verumtamen, teste Scriptura, ab hominibus videri potest, XIX 215A', et reapse videtur, XXV 414A, A'. Imo, tripliciter

causa et regula totius justitiæ, XX 583D, qui nec contra nec præter justitiam quidquam facere potest, 583C', nec aliquid quod non sit justum, 583A'. *Cf.* Justitia. — Sanctus et fons totius sanctitatis, XIX 436B, cui nullum potest accidere peccatum, quum sit ipse sibi regula, XXI 305D', et ultimus finis, 306D'. *Cf.* Sanctitas.

In Deo personarum trinitas a ratione naturali cognosci nequit, quia naturalibus quibusdam principiis opponitur, XIX 228D', nec habet similitudinem in creaturis, 229A, 230A, nec eruitur ex consideratione creaturarum, 229D, B', D', 230 B, aut animæ humanæ, 232C, nec efficacibus argumentis demonstrari potest, 230D, imo intellectus cujuslibet superat capacitatem, 231B'; sed de fide est, 180 A, 182 C, et per Scripturas comprobatur, 145D'. — Non ex indigentia Dei procedit, sed ex infinita ejus exuberantia, XIX 179 A, 185 D'; nec divinæ simplicitati derogat, 172 A', 179 C, 185 B, 230C', sed essentiæ unitatem potius perficit, XXI 471B', et amplius manifestat quam unitas personæ, XX 172 A'. A substantia adest unitas, a relatione pluralitas, XX 218C, et quamvis ibi plures sint personæ, non tamen proprie est pluralitas, 177A', quia in personis non multiplicatur essentia, et relatio personas non dividit essentialiter, 177 D. — Divina essentia non est ad personas tanquam universale ad singulare, XX 110C, nec tanquam totum ad partes, 110B', C', D', 111D', nec tanquam genus aut species, 112A, nec tanquam materia in pluribus artificialibus, 112A'; non est totum integrale, 111D', nec totum universale, 113A, sed totum potestativum, 113C'; quandoque dicitur quasi materia in personis, XIX 320C, 321B', non quidem proprie, 320C', 321A, sed per quamdam similitudinem, 321 A. A persona differt ratione, ita ut multiplicari possit persona, non natura, communicari natura, non persona, XIX 316A', XX 201A'. — *Cf.* Essentia, Generatio, Persona, Trinitas.

Locus. Dei magnitudo cognosci nequit per modum positionis, sed tantum negationis, XIX 215B', quippe qui quoad essentiam et potentiam prorsus infinitus est, XX 575B', 576D, 577A, XXIII 32A, 252D', 253B', nec loco, nec tempore, nec intellectu comprehenditur, XX 433 B', propter quod sphæræ comparatur, cujus centrum ubique est, circumferentia nusquam, XIX 135B', XXIII 32B. — Localis proprie dici nequit, quoniam nihil a loco recipit, XX 447D', quapropter dicitur quandoque esse nusquam, scilicet definitive, 434A. In loco tamen est, non circumscriptive, ut corpora, XX 441C', quæ loco indigent, 437A', et loco continentur, 433C', nec definitive, ut spiritus, 437B', 441C', qui locum replent per quantitatem virtualem, 435C', 436C, eique quodam modo proportionantur, 437 A', sed transcendenter, 441C', ita ut per præsentiam suppleat loci indigentiam, 437C', eumque excedat, 437B'. — Non modo sic in loco est, sed ubique, XX 435B', 436B, A', B', 437A', XXI 164 D, id est in omni loco, XX 446D', et in omnibus rebus, 446B', C', D', non quantitate dimensiva, sed per infinitæ contactum virtutis, 435C'; imo in pluribus esset et in infinitis, si essent plura et infinita, 441A. — Variis modis est in rebus, XX 444B, 449B', in omnibus scilicet per essentiam, præsentiam et potentiam, 436D, 437B, 442B, A', 443A', D', 444B, A', 445D, 446D, ut causa in causato, 434A', 435C', 438D, XXI 171C, 173A', et agens in eo in quod agit, XX 435D, in justis per gratiam, 442B, 443 B', 444A, A', 446B, in Beatis per gloriam, 442C, 449C', in Christo per unionem, 442C, 443B', 444B, 446B; sunt tamen nonnullæ in quibus, præ earum indecentia, esse non dicitur, XXIII 74C', saltem absolute, ut dæmones, damnati, impii, XX 433D, 441D, 444D. Ex se uniformiter se habet ad omnes, XX 443C', quia

erunt unquam, XXIII 256B, bona vel mala, XX 493A', B', et similiter augeri potest, in quantum potest plurium esse, 493C', 494C; quum finitorum sit, XXIII 260C, ac proinde finita, plus minusve participat eam quilibet Beatus, prout obscurius vel clarius ipsum conspicit Verbum, 256A', et plene possidet anima Christi, 256B'. — Scientia simplicis intelligentiæ universa attingit possibilia, quæ non sunt nisi in potentia, XXIII 256 C, bona et mala, entia et non entia, quæcumque cadunt sub potentia Dei, XX 493A', B'; et quum infinitorum sit, XXIII 260C, et infinita, XX 493D', augeri nequit, 493C', 494B, nec a creato quolibet intellectu participari, XXIII 256 D. — *Cf.* Cognitio, Præscientia, Scientia.

Potentia. Deo duplici ratione convenit potentia, ut causæ primæ, quæ de aliis facere potest quod vult sine impedimento, XX 560A', B', et ut enti simpliciter perfecto quod a nullo pati potest aut cogi, 560C', XXI 91C', et cui ad nutum obedit natura universa, XX 565D; in entium creatione et propagatione apparet, 563D', in mundi gubernatione et in voluntatum immutatione, 564 A, nec omnino latuit philosophos, 564C, C'. — In se considerata, scientiæ divinæ et voluntati æqualis est, XXIII 52D, quum sit ipsa Dei essentia, XX 562C', 571C, sed quoad extra, amplior est illis, quia plura sunt ei subjecta quam scientiæ et voluntati, XXIII 52 D', et simpliciter dicenda est infinita, XX 576B, C', 577A', B', quia et durationis termino caret, et extensionis ac vigoris, 577C, et quia tot non potest quin majora et plura intensive et extensive possit in infinitum, XXI 125 D. Omnipotens ergo dicitur Deus, quasi omnia potens et omnino potens, XX 558B, 561C', non tantum quia potest ea quæ vult se posse, 571A', sed quia potest omnia possibilia absolute, 561C', 571B'. — Omnipotentia in Deo complectitur quidquid possibile est, quod scilicet non est ex se necessarium, nec contradictionem includit, XX 564 D, quidquid rationem entis habere valet, 562B, C', et excludit omne materiale, passivum, inordinatum et privativum, 558A', 559A', ut prava, 561 B', XXIII 53A, contradictoria, XX 562C, 563A, D, et generaliter omnia quibus repugnat essendi ratio, 562C', vel quæ in agente imperfectionem signant, 558D, 562D'. — *Cf.* Omnipotentia.

Potentia in Deo una est, sed diversimode significata et designata, XX 571C, quia enim ex se ad omne opus est indeterminata, 609B, a scientia determinari habet, 609C, et a voluntate moveri, 609C', et ideo duplex communiter numeratur potentia, 559D, XXIII 52C', altera in se considerata, quæ dicitur absoluta, altera quæ ad sapientiam et voluntatem comparatur, et dicitur ordinata, XXIII 52C', 352D'. De potentia ordinata agere dicitur Deus, quum juxta regulas quas sibimet præfixit operatur, XX 594A', de potentia absoluta, quum præter has leges aliquid facit, 594 B', quin tamen inordinate agat, 594C'; de potentia ordinata agit secundum ordinem legis universalis, non autem secundum ordinem particularem, 594C', de potentia absoluta agere potest præter utrumque ordinem, *ibid.* — Potentiæ absolutæ, utpote infinitæ, tribuendum est quidquid contradictionem aut defectuositatem non includit, XXIII 38D', 52 D', ordinatæ, seu congruitatis, quidquid decet fieri, 52D'. Sunt ergo quædam divinæ sapientiæ essentialiter repugnantia, ut peccare, mentiri, quæ nullo modo facere potest, 53A, B; alia quæ repugnant secundum ordinem præfixum, 53A, et hæc non posse dicitur secundum ordinem præsentem, 53B, C; alia quæ repugnant ab exteriori, et hæc potest sub conditione, 53C; alia quæ nullo modo repugnant, et hæc potest simpliciter, 53 D. — Ceterum, quamvis Deo tribuatur duplex potentia, XX 578C', 585B', non videtur aliud posse de potentia ordinata,

aliud de absoluta, 569 B', 584 D', quia nihil potest nisi quod potest ordinate, 569 A', 585 B, seu nihil potest de potentia absoluta quin possit illud de potentia ordinata, sed secundum alium ordinem, XXV 356 B'; nec quidquam facit quod nullo modo deceret eum facere, XX 568 B', XXV 356 A, sed semper facit quod rationabilius est, respiciendo ad ordinem universi, 356 C'. — *Cf.* Potentia.

Actio. Quum actus sit principium agendi, Deus, actus purus, est summum activum principium, XXII 30 C', et indesinenter agit, 114 B', 115 D', sive ad intra, æternaliter gignendo Filium, XIX 424 D, XXI 101 D', sive ad extra, entibus semper influendo esse, XXII 114 B, 116 A. — Nec de necessitate naturæ agit, XIX 383 D, XX 583 B, D', 609 A', nec de necessitate justitiæ, 583 C, nec necessario producit quod exterius immediate operatur, XIX 383 D, quidquid dixerint philosophi, 383 A', sed suæ voluntatis arbitrio, 383 C, XX 583 C', 609 A'. Verumtamen in actibus divinis alii sunt notionales, ut gignere, spirare, ad quos non est ei libertas ad oppositum, XX 496 D, alii transeuntes, ut creare, ad quos adest libertas, *ibid.*, alii medii, ut intelligere, velle, ad quos aliquo modo est libertas, aliquo modo non, 495 B, C', 496 A'. — Non proprie movetur ad agendum per suam voluntatem, XIX 379 C', nec fit in eo transitus ab actu immanente ad actum exteriorem, 379 D', quia in ipso idem sunt penitus esse et agere, 174 C', voluntas, volitio et volens, 379 C'; in productione ergo creaturarum nullam patitur mutationem, 380 A, nec aliter se habet in se, 380 B, nec fit de nolente volens, sed tantum de non agente agens, et hoc quoad effectum, 380 C, quoniam sine motu et mutatione agit, XX 561 A, XXI 84 C, XXIV 289 B, simplici emanatione, XXII 92 A, et per esse suum, XXI 102 B', absque media potentia, XIX 278 B, et operatione, XX 561 B, XXI 102 B', XXII 115 D', materiam creando vel mutando, XXIV 289 C. — Proprie Deus non habet finem, quum sit ipse finis omnium, XIX 134 C, nec ei competere videtur agere propter finem, XXI 103 A; verumtamen, sicut omne agens intellectualiter, oportet illum agere propter finem aliquem, 103 A, 104 D', et quum sit perfectissimum agens, agere nequit propter aliquid extra se, 103 D, omnia ergo operatur propter se, *ibid.*, id est propter bonitatem suam, et manifestandam, quod est finis operantis, 104 A, C', et a creaturis participandam, quod est finis operis, *ibid.;* et sic agit non desiderio finis, quoniam ipsi nihil addi potest, sed amore finis, 104 B'; quod item tenendum videtur de actu quo Pater se ipso fruitur, XIX 136 A, et Patre fruuntur Filius et Spiritus Sanctus, 134 D, 136 A'. — In Deo duplex est actuum genus, alterum ad intra, quod est essentiæ vel personæ respectu sui vel personæ alius, alterum ad extra, respectu creaturarum, XIX 337 B'. Ad intra, duo sunt actus essentiales, tribus personis communes, intelligere et velle, XIX 469 D', a forma essentiali eliciti, 469 C', duo personales et proprii, generare et spirare, 469 D', a forma relativa et propria, 469 C'; nec præter hos invenire est alium actum essentialem aut personalem, 191 A, 192 D, quoniam quilibet simplex est, perfectus et unus, 190 D', totam exhauriens agentis fecunditatem, 191 C, 192 C. Ad extra, quoad creaturas, quatuor potissime ipsi conveniunt actus, creatio, conservatio, gubernatio et ad se reductio, XX 583 C', quod fecit omnia prædefiniendo in Verbo, creando in materia et forma, distinguendo per opera dierum, conservando per rationes seminales, XXII 167 A. — In operibus divinis non attenditur difficultas ex parte operantis, sed ex parte effectus, XXIV 285 C; ubi ergo difficilior est consecutio effectus, ibi major censetur divina operatio, 285 D. — *Cf.* Actio, Processio.

Deus creaturis est causa subsistendi, ratio intelligendi, ordo vivendi, XIX 238

B', omnium origo, exemplar, finis, 240 A, XX 292 C', et mensura communis et propria, XIX 372 A', XXI 133 D', virtus virtutum qua omnia subsistunt, XX 448 D', locus spiritualis in quo omnia continentur et conservantur, 449 C', 453 C. — Omnium causa est, non materialis, XX 376 C, quoniam non est esse formale et intrinsecum universorum, XIX 366 A, nec ad divinam essentiam pertinent, XX 394 A, 423 D', sed causa formalis, efficiens et finalis, XIX 106 B, 242 B, 376 C, causa formalis, non inhærens, sed exemplaris, XX 82 B', efficiens, non effecta, finalis non finita, XXI 106 A, causa efficiens per voluntatem, causa exemplaris per intellectum et voluntatem, 106 B. — Omnia ex ipso et per ipsum et in ipso esse dicuntur, XX 318 D', 322 B'. Omnes enim creaturæ a Deo immediate sunt, XX 434 A', D', adeo ut cessante virtute creante, dissiparentur, 434 B', 435 A, 437 C, 445 D, et esse ab eo participant, quasi quamdam divini esse similitudinem, XIX 405 C', 406 B, quum enim divina essentia immediate et infinite imitabilis sit, XXI 63 A', Deus unus universa immediate creare potuit, *ibid.*, simplex, diversa, 60 C, B', 63 C', 65 C, spiritus, corporalia, 59 C', 66 D. In Deo sunt et multipliciter, XX 443 A', 444 B, 446 A, idealiter nempe, 395 B, 397 B', et causaliter, 394 D', 397 C'; quantum ad esse suum ideale, verius sunt in eo quam in se ipsis, 424 C, D', 425 B, sed quantum ad esse in propria natura, verius in se quam in mente divina, 424 C', 425 A. Per ipsum sunt, quoniam unaquæque vestigium est aliquod Trinitatis, XIX 241 C, aliqua Dei similitudo, 255 A', XX 395 C, XXI 67 B', in qua videt se Pater aliquo modo, XX 346 D, potissime rationales, in quibus est imago per modum speciei, sive divinæ naturæ, XIX 255 B', sive Trinitatis, 255 C'. Demum ad eum sunt, nam sicut ab eo procedunt tanquam a principio, sic ad eum revertuntur tanquam ad finem, XIX 519 A', divinæ bonitati assimilari satagentes quantum possunt, XXI 106 A', et bonum appetentes, XIX 130 B', aliæ perfecte, aliæ imperfecte, 130 C', aliæ intellectualiter, sub ratione felicitatis, aliæ naturaliter, ut propriæ conservationis causam, XXI 103 C'. In relationibus Dei ad creaturas modo agunt tres personæ indivisim, XXIII 49 C', ut in creatione, XXI 81 C, 119 A', et in gratia adoptionis, XXIII 49 B', 50 C', modo una tantum, 49 D', ut in gratia incarnationis, quæ ad personam Filii terminatur, 50 D'. — *Cf.* Creatura.

Deus ut prima causa in omnibus rebus est, XX 434 C, ut primum agens, operatur ex nihilo et quodcumque aliud agens præcedit, XXI 424 C; in omni ergo secundarum causarum operatione et effectu influit principaliter, XX 434 B', 487 A, 488 A, XXII 114 B, 362 C', et immediate, XX 436 D', 437 D', tam in operibus naturæ, XIX 482 B, quam cujuslibet creaturæ, XX 434 A'. — Alia sunt quæ solus operatur, ut in creatione, alia in quibus utitur causis secundis, ut in propagatione et conservatione creaturarum, XXI 64 D, sed in omnibus immediate agit, XX 438 C, 439 A, et in his quæ non agit per se ipsum, XXII 71 A', 75 A', causis secundis cooperatur, XX 610 B, C, D', quæ non nisi ejus virtute et influxu agunt, 437 D', eique instrumentaliter subserviunt, 438 D. — Ex ejus ergo operatione pendet omnis actio secundorum, XXIII 411 C, et per eam modificatur, 411 D, et in quacumque agit Deus, non modo ut causa imperans, ut volunt aliqui, XX 610 B, sed ut causa efficiens, immediata et universalis, per modum superiorem, 610 C, A', 611 A, D, 612 B', quia plus in effectum influit causa prima quam quælibet secunda, 611 C, ita ut effectus et ab eo et a causa naturali agente immediate procedat, 610 B', D'. Quomodo cooperetur actibus hominum, XX 502 D', 503 A', XXII 322 B', sive bonis, XX 500 A, B, C, sive malis, 500 A, C', 501 B, et quatenus sit causa mali

super omnia diligere debemus, XXI 278 A, saltem extensive seu appretiative, XXIII 468A, et etiam intensive, juxta Scotum, 467B, contradicente Cartusiano, 468A, quia dilectioni Dei non imponitur modus, 470A', 471A, B', nec in ea dari potest excessus, 471C'. Peccat autem qui eum propter aliud principaliter diligit, XXIII 558A, 561D', aut propter beneficia finaliter, XIX 126B, aut minus quam se ipsum, XXI 278A, non autem, ut videtur, qui diligeret eum amore concupiscentiæ, 274 B, C'. An unice diligi possit, excluso quovis alio, XXIII 468B, aut totaliter, sive a Beatis, 469C, 470B, 471A', sive a viatoribus, 469B', 470C', 471D. — Cur et quomodo timendus sit, XXIII 565B, A'. — Animæ dicitur vita, XX 9A', per modum causæ efficientis, non formalis, 17B', et sponsus per tres vires animæ, XXI 322B', eique illabitur et intimior est quam ipsa sibi, XIX 121C', ita ut ab eo totaliter absorbeatur, 121D'; ideo primum animæ peccatum est ab eo se avertere, XXI 322A', D', et gravissimum, eum odisse, XXIII 467C'. — *Cf.* Amicitia, Amor, Caritas, Latria.

Divina. Alia est divinorum scrutatio ad curiositatem, quæ damnabilis est, XIX 43, alia ad pietatem, quæ laudatur, 43, 52D, nam ad eorum contemplationem tendit omnis inferiorum scientia, 38, et tanto plus ad ea quis aptus est quanto magis carnalibus vitiis caret, 42. — Nobis varias ob causas abscondita sunt, XIX 47, et de eis primo per sensibilia erudimur, sed postea sæpe per illuminationem supernam, 551D'. Quæ autem de his naturaliter scire valemus, dubietati aut errori patent, XIX 86C; in his ergo timorate ac reverenter oportet procedere, 101D', 400B, 421B', 473A', nec quidquam asserere præter id quod in Scripturis expressum est, 57B; quæ vero per Scripturam non sunt determinata, doctoribus licet opinari, XX 228C, non autem asserere, absque mortali peccato, quia sic se supra Deum constituerent, *ibid.* — Nec omnia cognoscibilia sunt et effabilia, nec omnia incognoscibilia et ineffabilia, XX 133D', sed quædam per naturalem rationem noscuntur ac proinde nominari possunt, 134B, quædam per fidem dumtaxat innotescunt et a nobis nominari nequeunt, *ibid.* — Divina natura in sua simplicitate considerata, dicitur essentia, XIX 161A, concepta ut motiva ad actum intelligendi, dicitur veritas, *ibid.*, concepta per actum intelligendi sui ipsius, vocatur intellectus vel intelligentia, 161B. In ea triplex est distinctio, alia rationis ad extra (ideæ), alia rationis ad intra (attributa), alia realis ad intra (personæ), XIX 159B, vel quadruplex, 126B', et quintuplex differentia, secundum scilicet modos essendi, exsistendi, 201A', se habendi, significandi ac intelligendi, 201B'; nulla autem formalis distinctio, 166D, D', 167 B'. — Item, juxta quosdam, in divinis ponere est aliquid per modum materiæ, formæ et compositi, XIX 320C, 321D, licet improprie, 321A, D'; item potentiam respectu actuum notionalium, 334 C, et actuum quibus producuntur res a Deo distinctæ essentialiter vel personaliter, 334A', non autem aliorum, *ibid.*; formas, non substantialem et accidentales, sed substantialem et relativas, quæ differunt ratione, 469C', communem et proprias, quæ differunt re, non essentia, *ibid.*, actus essentiales tribus personis, et actus personales, quibusdam personis proprios, 469D'. — In divinis quum nequeat esse divisio et multiplicatio naturæ, XX 291A', quidquid est, aut manet indistinctum, ut essentia, aut distinguitur secundum rationes speciales, ut relatio, 291C'; neutro genere designantur essentialia, XIX 421B, masculino personæ, feminino propria, 421 C, substantivis absoluta, adjectivis relativa, 421D, 422B; quædam in plurali numero, alia in singulari, 422A'; quædam sine principio et fine, ut esse bo-

potest recipere pronomina possessionis (meus, tuus) nisi quatuor conditionibus, XX 82A. — *Cf.* Prædicamentum.

Dicere in divinis interiorem notat actum, qui est cogitando se intueri, XX 249B', et differt ab intelligere et cognoscere, 250A'; sed multipliciter sumitur, 247C, 248A, 250C, C', 253C', XXII 47A'. — Tribus personis aliquo modo competit dicere, XX 247A', B', præsertim Patri et Filio, 348D', et dici, 249C', sed Patri dumtaxat convenit proprie dicere, 249 D', quum dictio ejus sit generatio, XXV 479 C', et Filio soli competit proprie dici, XX 249C', qui solus dicitur Verbum, 247B, ex usu communi, 248B'. — Quum dicere dicatur generare, an Pater dicendo se generet se, XX 247C'; quo sensu dicatur dicere Verbo, 338C', 340D', 342 B', D', 346A, 349A, vel dicendo creasse omnia perhibeatur, XXII 47B'.

DIDYMUS Alexandrinus, vir cæcus sed doctissimus (308-395), Scripturæ commentator et theologus, Spiritum Sanctum a Patre Filioque procedere asserit, XIX 460 D, 461 A'.

DIES. Cur sex dierum spatio facta sint omnia, XXII 11 C', 112 A, 114 A'. — Sex dierum successio metaphorice ab Augustino intelligitur, XXI 298C', 300 A', XXII 27 D', 28 B, C', litteraliter ab aliis doctoribus, XXII 6 A, 11 A, B', 14 C'; potest etiam attendi secundum rerum ordinem, vel secundum dignitatem, XXII 112 D, D'. Materialiter illustrationem corporalis lucis significat, XXII 28C', metaphorice, illustrationem intellectus angelici, XXI 297A, A', 300 A', XXII 28C. — Ex creationis diebus tres ad opus distinctionis pertinent, tres ad opus ornatus, XXII 28A, septimus ad opus conservationis, 28B. — Primo die facta est distinctio diei ac noctis, XXII 37A', vel per emissionem et retractionem lucis, ut volunt Græci, 36D', 37C, vel potius per motum communem tunc cœlo datum, 37A, ut tenent Latini, 37D; et per hanc significatur illuminatio angelicæ naturæ per infusionem gratiæ, juxta quosdam, XXI 286C', 333B', vel distinctio bonorum a malis, juxta alios, 287A, 333B'. — Secundo, facta est divisio aquarum, XXII 50A, per quam significatur distinctio angelorum, bonis confirmatis et malis in infernum detrusis, XXI 333B', propter quod feria secunda in Ecclesia sanctis Angelis consecratur, 287A, 333 D', et secundus dies caret benedictione, 333C', XXII 85D. — Tertio die facta est distinctio elementorum, XXII 83C', non tantum aquæ et terræ, sed ignis et aeris, 84C, et ablata informitas terræ per herbarum productionem, 85 A'; hujus benedictio ad opus præcedentis et præsentis refertur, 85D. — Quartus dies ad ornamentum cœli pertinet, XXII 89A, per siderum creationem, 89C et s.; quod factum videtur per motum specialem tunc cœlo impressum, quo causantur menses et anni, 37 B. — Quinto die ornata sunt aer et aqua, XXII 89A, per creationem avium et piscium, 105B', 106C'; cur in hoc ornata sint duo elementa, 108B', et huic tantum collata sit benedictio, 112 B. — Sexto die ornatur terra, XXII 89A, per creationem animalium, 106C'; an tunc simul facta sint bruta et homo, 112A, et completa mundi creatio, 115C, A'. — Septimo die complet Deus opus suum, ea quæ facta sunt administrando et conservando, XXII 117C, propter quod dies hic mane habere dicitur, sed non vesperam, 115A, et ipsi præ ceteris tribuitur benedictio, 114C', 116C', et sanctificatio, 114D, D', 115B, 117A. Quo sensu dicatur Deus die septimo requievisse, XXII 114A', 115A, 116D, aut ab opere cessasse, 114 C', 115B, D', et an ita requiescat ut nihil deinceps producat, 114 B', 116A, B, C. — *Cf.* Creatio, Distinctio, Ornatus, Sabbatum.

DIFFERENTIA differt a diversitate, divisione et discretione, XIX 424A. Triplex est, alia realis, alia rationis, XIX 153 D', XXIII 211D', alia intentionalis, XXI

additur et quinta, via reduplicationis, 168 C'. — Distinctio rationis duplex est, rationis ratiocinantis et rei rationabilis, XIX 156 B'; ut sit vera, habere debet quoddam fundamentum in re, 171 A', sed quæcumque distinguuntur intellectu non necessario distinguuntur in re, XXI 187 A', D'. — Distinctio tam formalis quam realis distinctorum circumincessionem compatitur, XX 107 D. — *Cf.* Discretio.

In divinis admittitur distinctio, XX 184 C', imo multiplex distinctio, alia voce, alia intellectu, alia proprietate, 374 A, alia idearum, attributorum, personarum, XIX 159 B. Juxta Scotistas, in divinis est distinctio essentialis respectu creaturarum ad extra, realis inter personas ad intra, formalis in unaquaque persona inter essentiam et relationem, inter essentiam et intrinsecos modos, XIX 168 D', demum formalis a parte rei inter attributa, 156 D', 163 D, 164 C', 168 D', 169 C', juxta alios, est distinctio essentialis respectu creaturarum, XX 211 B, relativa et realis inter personas, XIX 179 C, XX 200 C', 201 A', 202 A, B', rationis inter attributa, XIX 153 B', 155 B', XX 313 D, nullibi autem formalis, quæ divinæ perfectioni omnino derogat, XIX 166 B', D', 167 A, C, D, B', 185 B, XX 208 D, 291 A'. — Distinctio in divinis nequit esse per absoluta, XX 213 D, alioqui oporteret esse distinctionem substantiæ, 204 B', nec per quantitatem, 208 C, nec per formam, 208 A', quia formalis distinctio principium est distinctionis inter duo, quorum alterum imperfectum est, alterum perfectum, 208 D, 209 B', nec per qualitatem, additione materiæ ad formam, ut in creatis, 372 C'; restat igitur ut sit per relationes, XIX 459 A', XX 208 A', vel oppositas, ut volunt plerique, XIX 459 B', 460 A', vel disparatas, ut recte contendunt nonnulli, 468 A, B, D, quia oppositio per relationem non ponit aliquid sed ad aliquid, nec importat in contrario imperfectionem vel defectum, XX 208 B', 209 C'. — Divinæ personæ, quum nequeant distingui per essentiam, XX 208 A, 209 B', neque per materiam et formam, 208 D, neque per modos absolutos, 211 C', 214 C', 215 A', neque a se ipsis, 207 D', 213 B, necessario distinguuntur per relationes, 208 C', originem nempe, sive proprietates, 211 C; non per originem, juxta Thomam, 208 B, D', 222 A, sed per proprietates, 208 C, aut saltem principalius per proprietates, 209 C, A', B', 211 A', 212 B; non per proprietates, sed per originem, juxta Bonaventuram, 210 A, D, et alios, 210 A', C', 222 A; per originem simul et proprietates, juxta Richardum et Cartusianum, per originem scilicet quasi principium effectivum, per proprietates quasi principium formale, 212 C', seu per originem tanquam principium distinctionis, per proprietates tanquam distinguentes, 211 A'; an distinguantur per relationes in quantum relationes, vel in quantum proprietates, 212 B'. — Distinctio personalis in Trinitate non est distinctio secundum quid nec distinctio simpliciter, sed media inter illas, XIX 424 A, quia modus se habendi ad alium et oriendi ab alio, comparatus ad illum cujus est, est modus tantum, comparatus ad illum ad quem est, vere est res, XX 373 C. Quoad distinctionis rationem, minor est inter personas divinas quam inter proprietates absolutas creaturarum, XX 178 C, sed quoad perfectionem distinctorum, major, *ibid.*, ideo distinctio relationum in divinis facit personas, non autem distinctio proprietatum in creaturis, 178 D. In personis divinis essentia se habet per modum distinguibilis, XX 233 D', origo per modum principii distinctionis, 211 A', relatio per modum distinguentis, *ibid.*, 234 A, persona per modum distincti, *ibid.* — Quum formalis attributorum distinctio simplicitati ac unitati divinæ naturæ deroget, XIX 166 C, 172 A, cur non æque iisdem deroget distinctio realis personarum, quæ major est, 179 C et s. — An

E

peccaverit Abraham emendo locum sepulturæ Saræ, 48 A', aut Jacob, emendo jus primogenituræ ab Esau, 48 D'. — Injustitia est rem vilius emere propter anticipationem solutionis, XXIII 609 A', non autem, emendo redditus hereditarios, aliquid recipere supra sortem, XXIV 404 B'. — Qui rem furtivam emit, eam venditori restituere debet, XXIV 412 B; si vero eam consumpserit, ad nihil tenetur, 412 C. — *Cf.* Simonia, Usura, Venditio.

ENS est prima Dei creatio, XIX 106 D, et duplex est, ens in abstracto, quod dividitur in decem prædicamenta, XXI 194 A', et ens in rerum natura, quod est forma addita quidditati, 194 B', ens reale et ens rationis, XIX 162 B', 171 A, 500 D'; an sit primum et adæquatum intellectus objectum, in quo omnia videre possit quæ sub ente comprehenduntur, XXV 423 D, 424 D. — Ens esse nequit genus alicujus, XIX 393 C', nec univoce de Deo et creaturis prædicatur, 398 C', 400 A', ideo sub ente non continetur Deus, XXV 424 B', quidquid dicat Scotus, XIX 398 C', XXV 423 A'. — Ens secundum intentiones prius est bono et cum illo non convertitur, XIX 106 C; in supposito cum bono convertitur, 106 A', XXI 55 D', ideo id quod est, in quantum est, bonum est, XIX 105 D', sed ens per creationem, bonum per informationem, 106 D, quia entitas et bonitas, quamvis sint idem re, differunt tamen formaliter ex parte rei, 170 C'; in diversis, ut in causa et causato, posterius est bono, 106 D. Ab eodem, id est a forma, habet res quod sit ens et quod sit unum, XXII 136 C. — Quid sit ens rationis, XIX 500 D'; non necessario præexigitur distinctioni reali, 499 A'. — *Cf.* Esse.

Entia omnia a Deo per creationem procedere oportet, XXI 53 B', 59 B', sed quatuor modis contingit ea fieri, 73 B'. — Nolunt male disponi, et unum requirunt principium, XXI 97 A'; ab uno igitur sunt principio tanquam efformante, in uno tanquam regente et movente, 83 D', a quo sic ordinantur ut infima quæque sint pure corporalia, suprema mere spiritualia, media ex utraque natura composita, 110 B'. Distinctionis eorum principium extrinsecum et formale est infinita Dei sapientia, principia intrinseca et formalia, formæ specificæ, XXI 111 A. — Est ens a semetipso et ab æterno, ens nec a semetipso nec ab æterno, XIX 181 C, ens ab æterno, sed non a se ipso, sed nequit esse ens a se ipso quin sit ab æterno, 181 D. — *Cf.* Creatura, Res.

ENUNTIATIO falsa, in quantum falsa, non est a Deo, XXII 499 B. — Enuntiationis duplex est veritas, ut duplex significatio, XX 554 A'. — Quid sint enuntiabilia, XX 496 C', et quomodo cognoscantur a Deo, 489 C, 496 C, D'. An enuntiabile quod semel verum fuit, sit semper verum, affirmant Nominalistæ, XX 552 D, qui enuntiabilis unitatem non ex parte vocis aut modi significandi accipiebant, sed ex parte rei significatæ, 552 A, eadem autem res est quæ fuit futura, præsens et præterita, 552 B, 553 D, B'; negabant et merito Realistæ, quia enuntiabile designat, non rem, sed modum se habendi, ut vult Bonaventura, 552 B', seu rem non in communi, sed cum suis conditionibus, ut tenet Thomas, 552 C; insuper, ut eadem et una maneat propositio, oportet ut una eademque maneant subjectum et prædicatum, 553 A', 554 B. Idcirco, contra Nominalistas fatendum est Deum enuntiabilia non semper scire quæ semel scivit, XX 552 D', 553 C, A', C'; nec tamen ex hoc scientia ejus variabilis censenda est, 553 A, aut corruptibilis, 554 D. — *Cf.* Propositio.

EPICTETUS (S.), presbyter et martyr in Scythia (anno 290), post obitum personaliter apparuit, XXIII 390 B. (Vit. Pat. lib. I; Acta SS., VIII° julii.)

EPICURUS, Græcus philosophus (341-270 a. c.), mundum in tempore ex fortuita æternorum atomorum aggregatione fa-

tiplicari nequit, 147B, aliud esse quod pertinet ad naturam, 147 A', quod in hypostasi multiplicari potest, 147 B'; item, aliud est esse essentiæ, aliud esse actualis exsistentiæ, 148C', 152 B', aliud esse actualis subsistentiæ, 149 A, et unius rei, juxta Richardum, non potest esse nisi unum esse actualis subsistentiæ, sed plura esse possunt esse essentiæ et actualis exsistentiæ, 149B. — In creatura igitur sunt esse essentiæ seu quidditativum, et esse exsistentiæ, XIX 407 A, quorum prius inest ei essentialiter, et est idem cum natura, *ibid.*, secundum non est essentialiter, sed per modum accidentis supervenientis essentiæ, 407 B, licet non sit proprie accidens, 407 C, XXI 191 A, et istud non est idem cum creatura, quia potest esse vel non esse, XIX 407 D. — Differt autem esse essentiæ ab esse exsistentiæ realiter, juxta quosdam, XIX 407 D', ratione tantum, secundum alios, 407D, D', ita ut idem esse in quantum refertur ad causam exemplarem vocetur esse essentiæ, in quantum refertur ad causam efficientem, dicatur esse exsistentiæ, 408 A, et his consentit Cartusianus, 408D. — Etenim, juxta Thomam et prioris sententiæ sequaces, esse quandoque est de essentia rei, et tunc res est suum esse, et idem est esse et essentia, XXI 186C', quandoque non est de intellectu rei, 186B', ut in compositis, et ita res non est suum esse, 186C', et fit compositio ex esse et essentia, 186D', quia esse super essentiam addit rem absolutam, 190D', aut saltem aliquid reale, 191 D. In Deo igitur idem sunt esse et essentia, XXI 190C, 271B', quia divina essentia suum est esse, XIX 189D'; in omni autem creatura realiter differunt esse et essentia, XXI 188 D, 202 D, etiam in angelis, 190B, nec essentia habet esse nisi in habente essentiam, XIX 188D. — At contra, juxta Henricum, esse vel non esse non sunt de intellectu rei, XXI 191 C', 193B, et triplex est rerum esse, esse naturæ, quod habent extra, esse rationis, quod habent in intellectu, esse essentiæ, quo sunt id quod sunt, 192C, et esse essentiæ prius est duobus aliis et dicitur esse definitivum, *ibid.*, nec nisi ratione differt ab esse exsistentiæ, 193 A', quia res quælibet, ex relatione ad Deum ut causam efficientem, habet esse naturæ, ex relatione ad Deum ut causam exemplarem, habet esse essentiæ, 192 D, sed esse naturæ conditiones includit entis in rebus, 192 A', esse rationis, conditiones ejus in intellectu, 192B', esse essentiæ omnes conditiones excludit, *ibid.* Esse igitur etiam creaturarum non est aliquid absolutum essentiæ additum, XXI 194 A, sicut nec bonitas, veritas et unitas, 194 A', quia non est creatura, 194B', nec substantia, nec materia, nec forma, 195 A, sed accidens, 195 C, quod cum essentia non componitur, 195 D, nec illi addit nisi relationem ad Deum ut causam exemplarem, XX 389B, XXI 190 D'. Esse igitur et essentia differunt non re, nec proprie sola ratione, sed intentione, XIX 407 A', XXI 195 B', quia esse est ipsa essentia considerata non secundum se, sed comparatione ad divinam essentiam, XXI 194B, ita ut eadem res essentia dicatur ut divinæ similitudo essentiæ, et esse ut divinæ effectus potentiæ, *ibid.*, nec ea doctrina labefactatur dogma creationis, 195 D', imo melius salvatur, 196 B. — Esse actualis exsistentiæ in quantum est terminus productionis realis, est proxima formalis et intrinseca individuationis causa, juxta Cartusianum, XXI 217 A. — *Cf.* Essentia.

Esse de omni re quæ est dicitur, XXI 54 D', sed analogice, non univoce nec æquivoce, 55 A, esse enim divinum, quum nec contractioni obnoxium sit, nec additioni, de nullo alio prædicabile est, XIX 390 B'. — Oportet ergo esse primum esse quod sit esse per essentiam, XXI 55C, et ceteris causa essendi, 54D', 55C, et hoc est esse divinum, a quo universa procedunt, 54 A'. Esse divinum est quasi pelagus substantiæ infinitæ, XIX 365 C,

absoluta persona, ut dixerunt philosophi et Judæi Trinitatem ignorantes, XX 231 B', 232 D, nec quarta persona ab aliis distincta, XIX 186 C', nec quid universale aut particulare, XX 387 A, sed in qualibet persona est tanquam commune, 375 D, secundum specialem ac proprium modum, 210 D'; non est ad personas tanquam universale ad singulare, 110 C, nec tanquam totum ad partes, 110 B', C', D', 111 D', nec tanquam genus aut species, 112 A, nec tanquam materia in pluribus artificialibus, *ibid.*, nec tanquam totum integrale, 111 D, aut universale, 113 A, sed tanquam totum potestativum, 113 C'. In personis dicitur quasi materia, XIX 320 C, 321 B', non proprie, 320 C', 321 A, sed per quamdam similitudinem, *ibid.*, vel juxta alios, quasi forma, XX 375 D', quoniam principium est omnium actuum divinorum, XIX 327 B, radix et fundamentum omnium quæ sunt in Deo, 344 D, quæ non sunt nisi ipsa, *ibid.*, ita ut quidquid in divinis nominatur vel concipitur, etiam extra rationem substantiæ, sit ipsa essentia, licet sub alia ratione, 344 A'. — Divinæ essentiæ, ob varias causas, non competit generare, XIX 310 A, 311 A, C, C', 313 B', 315 B, nisi forte in supposito pro natura sumatur, 313 D', nec generari, 312 D, 314 C, quum non individuetur in personis, sed sit tribus communis, 312 B'; verumtamen per generationem communicabilis est, 312 A', B', ob infinitam sui exuberantiam, 178 B, 179 A', 186 D, nec sic communicata plurificatur, tum quia essentiæ multiplicatio in his quibus communicatur signum est imperfectionis, 186 B', XX 373 B, tum quia non est ad alterum, ut persona, XX 375 B', 376 B', et cum suo esse communicatur, quod unum est, XIX 188 D; unde recte dicitur tres personas unam esse essentiam, XX 374 B', aut unius esse essentiæ, 375 C', 376 B. — Ipsi igitur ut tali non adscribenda est Dei fecunditas, XIX 446 D, sed naturæ ut intelligenti et volenti, 449 D', 450 A'; pariter, non est directe terminus productionis, XIX 188 D', 322 C, ideoque non producitur, 189 A, et Filii essentia, licet per generationem accepta, non dicitur nata, 313 A, nec proprie generata, 294 A, 313 B, quia etsi terminum habeat ad quem, caret termino a quo, qui est non esse, 313 B; an ratione præcedat generationem in Filio, 312 C', vel in Patre, 312 D'. — Optime dicitur persona, XIX 186 B', XX 216 B', 373 C, C', 374 C, ideo de ea enuntiari possunt quæ de personis prædicantur, non tamen omnia, XIX 311 B, C, C', 312 A, quoniam ipsi non conveniunt dictiones quæ personales designant proprietates, XXIII 129 C, quapropter non dicitur generari, nasci aut mitti, *ibid.*, et quamvis dicatur Deum esse factum vel passum, divina natura non dicitur facta nec passa, 128 D, B', nec nata de Virgine, 129 C, et si quando dicatur incarnata, ut Filius, nunquam tamen passa, 128 C. — In Deo essentia inter appropriata non recensetur, XX 320 C, nec in numerum realem ponit cum relationibus, XIX 502 B', C'; essentialia autem non distinguuntur secundum rationem alicujus communis cujus ratio sit in Deo, XX 239 C, et ideo, ratione divinæ simplicitatis, prædicantur de invicem, secundum quodcumque nomen primæ intentionis, 239 D. — *Cf.* Generatio, Persona, Prædicamentum.

Divina essentia, licet simplex, est propria similitudo et ratio universorum, XX 396 C', 399 A', distincte repræsentativa omnium quæ virtualiter continentur in ea, 384 D'; sufficiens ergo est medium cognoscendi omnia, XXV 339 A, ita ut eam intelligendo cognoscat Deus universa, XX 396 B', 397 B, 405 A', D', 406 B', licet per plures ideas, 303 B, 310 A; non tamen ipsi competit esse ideam, XX 398 A, nisi prout est intellecta ut imitabilis a creatura, 398 D, 400 B'. — An in ea omnia necessario repræsententur, XX 496 A, et a Deo videantur, 495 D', 496 D'; quomodo in ea omnia contineantur ab

— Multiplex est enim modus Christum manducandi, sive corporaliter, XXIV 234 A', sive spiritualiter, 234B', et alia est manducatio corporalis, alia sacramentalis, 234C', alia spiritualis, 234D', quia cibus in sacramento potius est cibus spiritualis quam corporalis, 234 C', unde quandoque dicitur non in ventrem, sed in mentem transire, 232D', 327A'. — Ad receptionem Eucharistiæ tria requiruntur : puritas cordis, XXIV 241B', actualis devotio, et corporalis munditia, 241 C'; quæcumque ergo conscientiæ puritatem auferunt, ut peccatum, omnino impediunt celebrationem aut communionem, 242C, A', B', 243C', 245A, quæ actualem devotionem et corporalem munditiam, ut nocturna pollutio vel actus conjugalis, impediunt ex quadam condecentia, 236A', 242D, 244A, 245B, et sub levi, 242C', nisi adsit ratio celebrandi aut communicandi, 242B'; quæ corporalem dumtaxat munditiam tollunt, ut lepra, non impediunt, 243D, sed laudabilis possunt esse causa abstinendi, 243A'. — Christi corpus videre in mortali non est peccatum, imo bonum est, quia ad devotionem disponit, XXIV 236 A, B, 237A, licet infideles ab hujusmodi inspectione arcendi sint, 237 B, tangere autem in mortali peccatum est, 236B, D', nisi ex sola reverentia tangatur, 236A'; idcirco qui in mortali scienter suscipit aut conficit sacramentum, graviter peccat, 235D', 236B', 239A', 240A, B, imo gravissime, 238A, quia non est Eucharistia medium ad removendum morbum, 236D'. An et quando concedi possit peccatoribus, XXIV 245C', D', 301A', suspectis de peccato, 246B, amentibus, 246 A', dæmoniacis, 246C', phreneticis, 246 B', 247A, pueris, 246C'; an eo uti liceat ad experimentum sumendum de peccato, 246C. — *Cf.* Missa.

Non plus quam semel in die sumendum est sacramentum, XXIV 339C, nec minus quam semel in anno, *ibid.*, sub pœna excommunicationis, 339D', sed valde optandum esset ut frequenter, quantum potest, quisque ad illud accedat, 338C', dummodo cum desiderio communicet et reverentia, *ibid.*, quia melius est ex caritate accedere quam ex timore abstinere, 340D. — Suscipientem autem, ob reverentiam sacramenti, oportet esse jejunum, XXIV 210D', 212B', quisquis fuerit olim circa hoc usus Ecclesiæ, 212 C' : ideo quælibet cibi sumptio a media nocte præcedente, impedit receptionem sacramenti, 213A; item potus electuariorum vel vini, 213C, et etiam probabilius aquæ, *ibid.*, nisi sit quid modicum quod introierit os lavando, 213C'; non autem impediunt quæ ab intrinseco deglutiuntur, ut saliva, 213A'. Licet tamen non jejunum communicare, imminente mortis periculo, XXIV 212B', 213B, vel quum sacerdos, sumpto corpore Christi, deprehendit in calice non esse vinum, sed aquam, 213D', quia tunc tenetur de novo vinum consecrare et sumere, 214 A. — Post communionem decet communicantem paulisper in gratiarum actione remanere, antequam aliud comedat, XXIV 213A', sed magnum non requiritur intervallum, 213B'. — *Cf.* Communio.

Effectus. Eucharistia caritati correspondet, XXIV 82D, 85D', et ordinatur contra malitiam, 82A', et invidiam, 84 B', et varios habet effectus, 333C', tam ut sacramentum, quam ut sacrificium, 335B', quales sunt vitam spiritualem dare, 336A, 337B', nutrire, 84C, reparare, 334A, 336C, 338B', fovere, 338A, augere, 333D', 336C, infirmitates curare, 337 C', virtutes roborare, 334A, maxime caritatem, 337C. — Hominem perficit quantum ad finem extra, XXIV 81 B', eumque fini conjungit, 82A, quia in ea terminatur omnis sanctificatio, 81C'; specialem inducit unionem fidelium cum Deo, 337B, et ad invicem, 336A'; omnes interiores sensus mirabiliter delectat, 212A, quoniam quibusdam est lac, quibusdam panis, 192B. — Peccata morta-

requiruntur, XXIV 518D', vel quatuor, 512D. Non nisi pro peccato gravi infligi potest, XXIV 513D', imo gravissimo, 514 A, et pertinaci, *ibid.*, vel pro gravi damno temporali, 513D', et temere excommunicantes graviter peccant, et ad restitutionem tenentur, 519A. — Item, nemo nisi pro propriis excessibus excommunicari potest, XXIV 517D', ideo nec universitas aut civitas pro quorumdam delictis, 515B, 517B', etsi interdici valeant, 515C, nec uxor pro viro, aut filii pro parentibus, aut rex pro populo, nisi his in sceleribus communicaverint, 517 C'. Excommunicari tamen potest mortuus in detestationem criminis, et sic nonnulli ex jure excommunicantur, XXIV 517B'; similiter jam excommunicatus denuo excommunicari potest ad majorem suam confusionem, 515D. — Injusta excommunicatio vel injusta est ex parte excommunicantis qui mala intentione agit, et tunc valida est, XXIV 514B, 517D, vel ex parte excommunicationis in qua juris ordo non servatur, et potest esse invalida, 514C, 517A', vel ex parte excommunicati qui nullam dedit causam, et proficit ei ad humilitatem, 514D, 517D; nullo tamen modo contemnenda est, 514D, sed timenda et tenenda, exceptis tribus casibus, 517A'. — Quum sit pœna, non culpa, excommunicatio caritatem non tollit, XXIV 513A, 517D : qui sint ejus effectus, 512 C', 513A'; quomodo suffragiis Ecclesiæ privet excommunicatum, 513B; in primitiva Ecclesia excommunicati a dæmoniis corporaliter vexabantur, 513C'. — Cum majori excommunicatione innodatis non licet communicare, nisi certis personis, XXIV 515B', et in certis casibus, 515C', D', et hoc sub pœna excommunicationis majoris vel minoris, 516A, A'; cum his communicans in divinis, peccat mortaliter, 516C, in aliis autem officiis, saltem venialiter, 516B; ideo eis obedire non tenentur subditi, 518A; an autem superiores cum eis communicare valeant, 515D'. — Cum minori excommunicatione ligatis communicare licet, sed eis ministrari nequeunt sacramenta, XXIV 515B'.

A minori excommunicatione absolvere potest quilibet sacerdos in foro pœnitentiæ, XXIV 511C, 516D, a majori lata a jure quilibet episcopus vel sacerdos, exceptis sex casibus Papæ reservatis, 516A', a majori autem lata a judice nullus, nisi qui eam tulit aut ejus superior, 511B, 516D. A quacumque absolvere potest quilibet sacerdos in mortis articulo, XXIV 516B', sed prius absolvendus est pœnitens ab excommunicatione quam a peccatis, 516D', 526D. — Excommunicatus absolvi potest, etiam invitus, XXIV 517A, et quia inter se connexionem non habent excommunicationes, alia sine aliis auferri potest, *ibid.*; ideo qui a pluribus judicibus pluribus sententiis est ligatus, una ablata, ab aliis non censetur absolutus, 517B, qui autem ab eodem judice, una ablata, ab aliis communiter solvitur, 517A.

Episcopi excommunicati valide conferunt ordines, XXV 40A', dummodo formam servent debitam, quia excommunicatio non tollit officium, 40A', 46D et s. — Item sacerdotes excommunicati valide baptizant, XXIV 143A, et consecrant, 343A', D', 344C', sed ad suam et adsistentium damnationem, 343B', 344B, quoniam ab eis nec Missam audire nec sacramenta recipere licet, 343A', 345A.

Vir excommunicationis interminatione coactus ad vivendum cum femina quam ficte duxit, debet potius excommunicationem sustinere, XXV 76A.

EXEMPLAR. Quid inter ideam, rationem et exemplar, XX 413A', 420D, et an in Deo ponere sit plura exemplaria, 420 D, B'. — Quotuplici modo aliquid dicatur fieri per modum exemplaritatis, XIX 328D, et quo sensu dicatur Filius a Patre procedere secundum rationem exemplaritatis, 328A', B', 329C, D. — Exempla-

F

tur ex parte subjectorum, 406A, quia cuncta sub una ratione considerat, 405 D. Triplicem actum habet, credere Deum, credere Deo, credere in Deum, XXIII 406A, sed non oportet hos actus semper realiter esse distinctos, 406C, et super actus suos non reflectitur, XX 20B'.

Objectum. Fides circa res versatur, juxta quosdam, XXIII 419C', circa enuntiabilia, juxta alios, 419D'; verum amplectitur complexum, 416 A', 447 B, quamvis circa incomplexum versetur objectum, 418A', 420D, quia naturale est homini incomplexum complexe cognoscere, 418B'. — De visis non est, XXIII 417B, 418D, nisi large loquendo, 416D', 419A, aut per accidens, 420A, nec de scitis, quæ demonstrative probantur, 417 B, 419B, sed de his proprie quæ humanum intellectum simpliciter superant, 417C, 420B, et per accidens de his quæ etsi naturaliter cognosci possint, difficile apprehenduntur, 417C, 420C, aliqualiter ignorantur, 418C, nec sunt præsentia, 418D; quapropter comparatur non visioni, sed auditui, *ibid.* Varia igitur complectitur quæ vel per rationem scire valemus, vel per revelationem tantum, XIX 47, et quoad supernaturalia necessaria est, 84A', quoad naturalia utiliter exercetur, 84B, B', et multum perficit animam, 84D. Sed de ejus ratione est ut assentiat his quæ nec videt in se, nec resolvere potest ad ea quæ videt, XXIII 412B, et hoc propter externam rationem, ut miraculum vel revelationem, 412C. — Quæ sunt fidei non sunt contra rationem, sed supra rationem dumtaxat, XXII 10D, XXIII 406C', imo nec supra rationem per fidem et donum sapientiæ elevatam, XIX 92C'; nulla tamen demonstrativa ratione ostendi possunt evidentia, XXIII 33C, 418A, aut intelligibilia, 422D', 423B, sed tantum certa, XIX 66A', XXIII 421D, 443B, aut saltem non impossibilia, 33D. In hac vita per donum intellectus clarissime intelliguntur, XIX 65A', 141C', per donum sapientiæ rapidissime degustantur, 65D, in patria perfecte in Verbo æterno intelligentur, 141C'. — An quæ fidei sunt demonstrari valeant, XXIII 415D', 422A, 423B, aut intelligi, 422D, 424D, ita ut de eodem sit fides et scientia, XIX 61A, B, 67D, XXIII 419B, 425A, 426D', vel quæ aliunde certe novimus, etiam credi possint, 420C, 421C', D'. — Quid sit inter credere, videre et intelligere, XXIII 422A'. — *Cf.* Scientia.

Certitudo. Fides lumen est collocans credentes in prima veritate, XXI 383A'; lumine quodam proprio gaudet in quo credenda conspicit, XXIII 424C', sed lumine altiori, deificæ nempe contemplationis, contingit eam illuminari, 424C, D, 425D et s. — Errori repugnat et dubietati, XXIII 447C, infidelitati et hæresi, XXIV 190C, B', et intellectum firmat ne discredat, XXIII 447C; ipsi non subest falsum, XIX 61C, XXIII 418C', nec levitas, XIX 61C', XXIII 418D', quum primæ innitatur veritati, XIX 61D, D', XXIII 418C', quamvis accidat errare fidelem ex conjectura humana, XXIII 418 C', et fidem ipsam duplici de causa corrumpi, XIX 53B'. — In quantum igitur credenda novit in similitudinibus et ænigmate, XXIII 418C, medium tenet inter opinionem et scientiam, 419B, supra opinionem et infra scientiam, XIX 58B', XXIII 443B', aliquo modo certior, aliquo modo minus certa quam scientia, XIX 91B', XXIII 441C; in quantum vero primæ innititur veritati, 445C, B', certior est tam extensive, 442B', quam intensive, 443B, contra Scotum, 442B, et Durandum, XIX 61C, imo nihil certius est et constantius quam quod apprehenditur fide, 63B', XXIII 442B', 443B.

Fides rationibus adstrui potest, XIX 89B', sed omni disputatione superior est, XXII 73A; ideo auctoritatibus præcipue innititur, XIX 47, maxime Scripturarum, 38, et tot clypeis quasi munitur quot Patrum sententiis confirmatur, 53 C. In his igitur quæ fidei sunt, magis

pervenerint, quoad ea quæ sunt juris divini vel naturalis, incipiunt suæ esse potestatis, 136B; patri igitur subditi sunt puberes in his quæ ad ejus auctoritatem spectant, XXV 95B, non autem in his quæ ad propriam pertinent personam, ut vota facere, religionem ingredi, et hujusmodi, 166A', nec proinde ad matrimonium contrahendum ab eo cogi possunt, 95A. — Utra sit major dilectio, filiorum ad parentes, an econtra, XXIII 491C'; cur filii parentes minus diligant quam ab ipsis diliguntur, 489A', 490C'; cur matrem communiter plus diligant filii, 490A, D, patrem filiæ, 490A, A'; utros, parentes nempe an filios, quis diligere teneatur, 489B, D, B', 490A, B', 491D', 492D, B', vel utris prius subvenire, 487B, 488C'. Cur filiis parentes colentibus longior promittatur vita, XXI 101D. — Filiis non imputantur parentum peccata quoad culpam, XXII 443C, 444 A, nec quoad pœnam, 443D', sed quoad pœnas temporales imputari possunt, 443 A', D', 444A. Quantum enim ad corpus, res sunt parentum, XXII 444D, et ideo in bonis corporis pro parentibus plecti possunt, 444B', 445C', præsertim si eorum sectentur malitiam, 444C', 446A, et sic fieri consuevit etiam in lege humana, 444 D'; quantum autem ad animam, non sunt res parentum, 444D, nec proinde in bonis animæ pro parentibus puniri debent, 444A', 446A. Cur præcipue usque ad tertiam et quartam generationem puniri dicantur, XXII 446B. — Filii alii dicuntur naturales et legitimi, alii naturales non legitimi, XXV 197A', alii legitimi non naturales, alii nec legitimi nec naturales, 197B'. Illegitimi ad officia non admittuntur nec ad dignitates quæ honestatem requirunt, nec succedunt in hereditate, XXV 197 D'; naturales in sexta parte succedunt, spurii in nulla, *ibid.* Sex modis possunt legitimari, XXV 198A. — An servorum filii sequantur ventrem, XXV 155B. — *Cf.* Caritas, Parentes, Pœna.

Filius Dei. In divinis, quum distinctio esse nequeat per absoluta, quæ substantiam dicunt, XX 204B', filiatio et paternitas meræ relationes sunt, 205C, B', non quidem rationis, 202B, D, 206A, sed reales, cum fundamento in re, id est in essentia divina, 201A', 206C', realiter idem cum personis, 201A', B', 206B, et idem cum essentia, 204D', 207A, propter divinam simplicitatem, in qua idem sunt essentia et relatio, 202C, sed ab invicem differentes realiter, 202B, et a personis aliquo modo, 202 B', 206 D, differentia scilicet non essentiali, nec personali, sed notionali, 203B, ita ut nec aliquid realiter addant super personam, nec personæ accidentaliter insint, 204B. — Filii processio proprie dicitur generatio, quia fit per modum intellectualis actionis et secundum rationem similitudinis, XIX 438D, 448B', et in ipso idem est generatio ac filiatio, XX 273A'; sed filiatio per modum relationis dicitur, generatio per modum emanationis, 86A, et non nihil addit filiatio super generationem, nempe unitatem in natura cum productivo principio, XIX 320A. *Cf.* Emanatio, Generatio, Processio.

Filii generatio. Filius unus tantum est in Trinitate, tum quia procedendo totam generantis fecunditatem exhaurit, XIX 190D', 191C, 192C, 195D', 435C', tum quia filii plures ab invicem distingui non possent, 337B. — Non est ex nihilo, XIX 322C', nec iterum ex aliquo tanquam ex materiali principio, 323A, sed dicitur de substantia Patris, 317C et s., vel ex Patre, 319B', non ut materia, sed ut quasi materia ex qua, 320C, C', 321A, D. — A Patre procedit, non ex divinæ naturæ fecunditate radicaliter, ut imperite sentit Durandus, XIX 446D, sed per verum ac immanentem naturæ actum, 189C', 190C, 447C', 448A', scilicet intellectus, juxta plerosque, 189C', 190B', C', 191B, 192B', D', 447C', 448D, vel memoriæ, secundum Scotum, 193B, A', actum non essentialem, sed personalem

XX 116A, 117C, 118B, quamvis generare nequeat, 117C', D', 118A', 119A, A', C', 120B, et omne potest quod potest Pater quoad quid, 118A', etsi non quoad ad aliquid, *ibid.* — Dixerunt quidem nonnulli Filio esse potentiam generandi, XIX 197B, quæ nunquam reducitur ad effectum, 339A', quoniam ipsi non competit generare, 197B, XX 106D', 120D', sed perperam, XIX 339B' : ipsi enim nec concedi potuit potestas generandi, 336 B, B', nec generare potest, 336D, 337B, D; sed hoc nullo modo illius officit omnipotentiæ, 348D', 349A, C, D, aut dignitati, 349A', B', quoniam ipsi est potestas qua generari potest, 338D, quæ eadem est ac illa qua Pater potest generare, 338A', C', D', 339C, nec est potentia proprie ac mere passiva, 338B'. Quo sensu dicatur a se ipso nihil facere, XX 117A, 121A. — *Cf.* Omnipotentia.

Proprietates. Variis designatur nominibus, XIX 473C', XX 215A'; sed proprium ejus nomen est « Filius », XX 216 C, quod ipsi proprie competit, in quantum ipsi competit generari, 216A; Filius autem « Sanctus » dici nequit, quoniam generatio ejus naturalis est, XIX 452A', et per modum intellectus, non amoris, 452C'. — Item Verbum vocatur, XX 243 C', per quamdam translationem a verbo humano, 243D', 244B', 246D, 249A, quia quoad originem et actionem, ad Patrem aliquo modo se habet Filius sicut ad mentem creatam verbum interius, 244B, D'. Proprie igitur dicitur Verbum, XX 247A, 249C, et ut Verbum, triplicem habet actum, 246B'. Filius dicitur in quantum a Patre procedit per modum naturæ, Verbum in quantum per modum intellectus, XIX 494B', Filius ut Patri similis, Verbum ut paternæ perfectionis manifestativus, 196B'. « Verba » autem pluraliter eum nuncupari nefas est, XX 246A. *Cf.* Verbum.

Filio septem tribuuntur, juxta Albertum, XIX 246D'; vel, secundum Thomam, quatuor ipsi propria sunt, scilicet quod sit Filius, Verbum, imago et media in Trinitate persona, XXIII 47A', quatuor ipsi appropriantur, quod sit sapientia, virtus, æqualitas, et pulchritudo seu species, 47C'. — Sed generaliter, tam in Trinitate quam in operibus ejus ad extra, Filio tribuuntur quæcumque ad intellectum et sapientiam pertinent, XXIII 113C, ut ars, ratio, idea, veritas, XX 318D', 321C, pulchritudo, forma, similitudo, XIX 246D', sensus, sapientia, virtus, lumen, XX 244C', 245B', supputatio, 245A', 246A; dicitur ars rationibus plena, XX 244C, 251B', 252C', mundus archetypus, XIX 473C', liber vitæ, XX 321A'; optime comparatur tramiti, fluvio, aquæductui, XIX 45, torrenti a Patre orto, 46.

Filio in Trinitate appropriatur sapientia, XX 313C, B', 318B', 320B', ob similitudinem operum, XIX 44 : sapientiæ enim est opera Dei manifestare, creata perficere, collapsa restaurare, *ibid.*, quæ omnia in mundo operatur Filius, 44, 45. Sapientia igitur dicitur Patris, XX 345C, non quasi eo, vel in eo, vel per eum sapiens sit Pater, 331A', 335B', 345D, 346 A, A', 347A, B', sed quia in ipso, tanquam in summo exemplari, cognoscit Pater universa, 345C', 346C, et semetipsum, 346C, C'; et in quantum Patris sapientia, oportet eum infinitæ esse sapientiæ, 344D', 349B. Qua sapientia sit sapiens, genita, ingenita, an essentiali, XX 349A'; an dici possit objectum paterni intellectus, 347C, A'. *Cf.* Sapientia. — Item ipsi appropriatur virtus, XX 320 C', 351B, quoniam potentia est Patris, 351A, non ea potentia qua formaliter potens est Pater, 350D, 351B, sed potentia operativa, XIX 329C, 526A, A', qua dicitur Pater omnia fecisse, 526B', XX 319C, et omnia operari, 336A, 351A', XXII 46B'; propter quod vocatur Filius brachium vel dextera Patris, XX 215A', 350C'. *Cf.* Potentia. — Demum ipsi competit esse imaginem Patris, XX 276B', 277C, A', D', 278D, C', et multipliciter,

tione, etsi accidat eum posteriorem esse in exsecutione, 509 A', 510 D', 513 B'. An uno eodemque actu voluntas velit finem et ea quæ sunt ad finem, XXII 516 C.

Finis movet ad operandum, XXI 103 A, et perficit agentem qui operatur propter finem *ibid.* — Omnis ergo agens agit propter finem, alias frustra operaretur, XXI 103 A, 104 D', XXII 509 B, non excepto Deo, XXI 105 B, C', sed aliud est agere propter desiderium finis, quod indigentiam denotat, aliud propter amorem finis, quod competit Deo, quum ipsi nihil ex actione acquiratur, 105 B'. Agit igitur creatura, ut aliquam acquirat perfectionem, Deus ut propriam communicet perfectionem, XXII 509 C, et quum finis sit providentiæ regula, quæ in fine sunt, providentiæ perfecte subsunt, cetera plus minusve pro eorum distantia a fine, XXV 396 D'. — Imo, in omni opere Dei duplex est finis, operis scilicet et operantis, XXI 104 A', et quum creaturæ ad gloriam Dei et propriam utilitatem sint factæ, 103 C', sed propter gloriam Dei principaliter, *ibid.*, ad quam refertur earum felicitas, 104 B, ideo Dei creantis duplex est finis : gloria propria et utilitas creaturæ, 103 C', gloria propria ut finis operantis, utilitas creaturæ ut finis operis, 104 C'. — Sic divina bonitas ut participanda, dicitur omnium finis, XXI 105 C, 106 D, quoniam omnia vel naturali vel intellectuali appetitu cupiunt bonum, 103 A'; et ex illo concordi creaturarum ordine ad finem probatur esse Deum, XIX 147 B, C. Sed finis et agens ad invicem proportionantur sicut materia et forma, XXI 106 D'; sicut ergo duplex est agens, alterum improportionatum effectui, ut sol in generatione inferiorum, alterum proportionatum, ut pater, *ibid.*, ita est finis improportionatus effectui, qui non acquiritur nisi per quamdam similitudinem, et finis proportionatus, qui acquiritur realiter, 107 A; et sic bonitas Dei, quæ est finis rerum improportionatus, ab ipsis acquiri nequit perfecte, sed per quamdam similitudinem dumtaxat, 107 B. In divinis autem nulla persona dici potest finis alius, XX 285 A. — Pari modo aliquid dicitur finis alterius dupliciter, vel quia ad illud refertur alterum, et sic homo vocatur ceterarum creaturarum finis ex parte operis, XXI 106 B, vel quia alterum ex ipso utilitatem consequitur, et sic homo finis creaturarum dicitur ex parte operantis, *ibid.* — *Cf.* Actio, Creatio.

Finis actibus moralibus dat speciem, XXII 229 D'; sed sicut plura sunt rerum principia, primum videlicet et propria, 508 B', sic sunt plures rerum fines, ultimus et proprii, 508 C', quorum ultimus est Deus, 509 A, aut bonum, quod omnia suo modo appetunt, 509 D, A'. Omnium ergo bonarum voluntatum unus est finis ultimus, nempe Deus, XXII 509 A, caritas æterna, 509 C', seu beatitudo, juxta Durandum, 510 D, et plures fines proximi, quos oportet ad ultimum referri, 509 A, saltem aliquo modo, XIX 106 A', 108 D, et habitualiter, 110 C, quia ex varia proximorum finium ad ultimum relatione, varia actui accidit moralitas, XXII 510 B; in quibus proximis finibus præcipuus est caritas creata, 509 B, C', 511 A. — Malarum autem voluntatum, vel unus est finis, id est omni nocivo carere et gaudio frui, juxta Durandum, XXII 510 A', vel, secundum alios, tot sunt fines quot vitia, 509 D'. — Quum finis primam bonitatem vel malitiam det actui, XXII 511 C, D', finis malus totum corrumpit actum, 511 C; similiter finis bonus bonum facit actum, loquendo de fine operantis, XXII 511 A', non enim ad finem bonum proportionari possunt actus mali, 510 C', 511 B', 513 A'. — *Cf.* Actus.

In consecutione finis stat cujuslibet perfectio, XIX 45, sed finis cujusque rei duplex est, alter intrinsecus, alter extrinsecus, XXV 393 D', id est propria operatio et id ad quod per operationem

penitus exstinguatur, XXIV 566 D', 567 A; in quibusdam Sanctis, ut sanctificatis in utero et confirmatis in gratia, remanet ad veniale tantum, XXII 424 D, XXIII 96 C'; sed in nullo ex toto unquam exstinctus est fomes quoad reliqua, nisi in B. Virgine, XXII 423 D', 424 B, D, XXIII 96 C', XXIV 566 D', in qua ligatus fuisse creditur, non quidem in prima sanctificatione in utero, XXIII 92 C', 93 B, 95 D', sed paulo post, 95 D, D', 96 A', B', et omnino exstinctus in secunda sanctificatione, quum Christum concepit, 92 D', 96 A', 97 B'. — *Cf.* Baptismi effectus, Maria.

FORMA. *Natura.* Omnis forma, quantum de se est, est actus quidam, et secundum philosophos, necesse esse, XXI 194 D'; ut informans, dicitur in actu continuo, ut operans, non est in actu continuo, XXII 327 C', ut educibilis et terminus eductionis, dici potest in potentia, XXI 194 D. Duplex igitur ei est esse, alterum incompletum et potentiale in materia, alterum actuale et perfectum extra materiam, XXII 169 A', formæ enim artificiales in actu sunt, prout sunt in rebus, in potentia activa, prout sunt in mente artificis, XX 395 C', formæ naturales habent esse naturale in his quæ agunt per naturam, esse intelligibile in his quæ agunt per intellectum, 396 D, et quemadmodum sunt in potentia in materia prima, ita sunt in actu in primo motore, 396 B; unde, juxta Platonem, vera forma est idea, quæ forma dicitur quasi foris manens extra materiam, 399 A, formæ autem in materia exsistentes non sunt veræ formæ, sed verarum formarum imagines, *ibid.* — Forma quasi media est inter materiam, quam perficit, et causam efficientem, a qua producitur, XXIV 106 D; aliquo modo causa est materiæ, quam in esse constituit, aliquo modo effectus materiæ, a qua sustentatur, 452 B; sed quamvis a materia quodammodo pendeat, XXI 215 C', 216 B, magis ab ipsa pendet materia, 215 D', et ambæ ad invicem conveniunt, quia nec sine ulla forma subsistere potest materia, XXII 6 B', 11 C, 15 B, C, B', 16 C', 171 D', nisi supernaturali modo, operante Deo, 15 B', C', 16 A', 17 A', nec sine materia formæ naturales, 171 D', nec quælibet forma generabilis et corruptibilis, 29 A'. — Non est propter materiam, sed econtra, XXII 68 D', et quum sit finis materiæ, non ei unitur nisi propter proprium bonum, juxta Thomam, XXI 107 B', contradicente Scoto, qui tenet materiæ uniri formam potissime ut materiæ perfectionem communicet, XXII 78 D'. — Sed ut quid alteri immediate uniatur ut forma, requiritur utriusque convenientia, non quidem quoad proprietates naturæ, sed quoad proportionem potentiæ ad actum, XXI 108 B; cuilibet ergo formæ debetur materia proportionata, eoque perfectior quo ipsa est potentior, 108 C. — Forma est simplex essentia quæ partem et partem non habet, XXII 169 A', sed tota est in toto et tota in qualibet parte, secundum totalitatem essentialem, non quantitativam, XIX 410 B. Dicitur quidem esse ejus cujus est forma, XX 375 D', quia esse sequitur formam, 39 B, C, sed non ei convenit esse, sed est id quo aliquid est, XXII 171 C'; in substantiis separatis tota est essentia, in materialibus pars essentiæ, XX 285 A'; in composito non est quidditas, sed pars quidditatis, XXII 29 C, quacum constituit ens, XXI 194 B', nec est totum ens, sed tantum pars compositi, XXII 29 A'. Quod autem formale est in unoquoque, excellentius est in eo, XXV 353 D, et quo est formalius, eo et causalius et efficacius, XX 563 C'. — In composito forma figura est Filii in Trinitate, XIX 248 A', 249 A. — *Cf.* Materia.

Distinctio. Forma tripliciter dividitur: multitudine, magnitudine et motu, XIX 410 D. — Una dumtaxat est forma pura, quæ est Deus, XXII 40 A, sed multæ aliæ, cum potentialitate, nempe, juxta Bonaventuram, forma perficiens, extensa et

dependens, ut forma ignis, XIX 411 B', forma perficiens et dependens, sed non extensa, ut anima vegetativa et sensitiva, 411 C', forma perficiens, non extensa nec dependens, ut anima rationalis, *ibid.*, et juxta Ægidium, forma inhærens, forma denominans, non inhærens, et forma exemplaris, 366 D. Item alia est forma interior, alia exterior, XX 334 B, alia forma naturalis, alia artificialis, XXII 170 B, alia substantialis, alia accidentalis, XIX 284 B; an forma speciei numero differat a forma generis, XXII 170 C. — Etsi forma sit finis materiæ, a materia tamen fit formarum distinctio, XXI 117 D'.

Gradus. Quanto forma est nobilior, tanto minus immergitur materiæ, et magis eam transcendit virtute, XXI 108 C'; sic forma mixti operationem habet quæ non causatur elementariis qualitatibus, *ibid.*, et nobilissima forma, anima rationalis, virtutem habet omnino a materia immunem, id est intellectum, 108 D'. — In corporalibus ergo formis est ordo, quoniam forma elementi tendit ad formam mixti, dein ad formam animati, forma vegetabilis ad formam sensibilis, demum ad formam rationalis, per quam corporalis natura efficitur æternæ beatitudinis capax, XXI 112 A. — Ista formarum hierarchia secundum gradum actus et potentiæ desumitur, XXI 116 A, ita ut primæ sint intelligentiæ, quæ minus habent de potentia et magis de actu, 116 B', deinde anima humana, quæ inter intellectuales substantias plus habet de potentia, et materiæ ita proxima est ut cum ea sit unibilis, 116 C', postmodum formæ inferiores, plus adhuc de potentia habentes, et sic immersæ materiæ ut seorsum stare nequeant, *ibid.*, denique formæ elementorum, quæ operationem non habent nisi secundum exigentiam qualitatum quibus materia ad formam disponitur, 116 D'.

Formarum distinctio multiplex est, juxta Thomam, una secundum speciem, quæ est secundum diversitatem objectorum, XX 36 B, et sic augeri possunt per extensionem ad nova objecta, 36 C, altera secundum numerum, quæ est secundum diversitatem subjecti, 36 B, et sic augeri dicuntur per additionem factam subjecto, 36 D, alia demum per majorem adhæsionem formæ subjecto, 36 B'. — Vel, ut vult Henricus, contingit formam augeri sive in natura et essentia, XX 41 B, non ex ejus dispositione in subjecto, 41 C, sed ex proprietate ejus naturæ, 41 D, quæ partes habet virtuales, ad quas est in potentia, dum est in minori quantitate, 41 B', sive in operatione, propter majorem subjecti capacitatem, 42 C'. — Similiter accidit formæ gradus habere, vel secundum essentiam, XX 38 D, 40 D, vel secundum esse, ut formis accidentalibus, 38 A', 40 A'; item magis ac minus accipere, 38 D', non secundum esse specificum, 39 A, aut individuale, 40 B, sed secundum essentiæ gradus, 40 D. — Nulli autem formæ accidit intendi aut remitti, nisi accidentali, XXII 118 A, quia substantialis non perficitur, 172 A', nec recipit magis vel minus, 119 A', 172 C'; quomodo dicatur perfecta, sive in essentia, XX 47 A', sive in operatione, 47 C'. — Formæ quæ omnino non recipiunt magis nec minus, ut formæ substantiales, in subjecto recipiuntur et manent in indivisibili, XXIV 455 B; quæ magis et minus recipiunt secundum elongationem a suo contrario, successive recipiuntur, 455 A, quæ magis et minus recipiunt, non penes elongationem a contrario, sed penes accessum ad causam, in instanti recipiuntur, sed receptæ intendi vel remitti possunt, 455 C. — Quomodo dicantur formæ se habere sicut numeri, XX 39 D', 396 C'.

Officia. Forma dat rei esse, XX 176 D, rationem speciei, 176 D, 291 A', unitatem, 176 D, denominationem, XXII 136 D, agendi potestatem, 136 B', vires accidentales et conservationem, XXV 277 C'. — Dicitur dare esse, quia cujusque rei esse

est a forma, XXII 6C', 14D', 16B', a forma quidem substantiali esse simpliciter, a forma accidentali esse secundum quid, prout est in specie, 136B', ita ut absque ulla forma nequeat consistere materia, 16C', 17D, saltem naturaliter, 15B', 16 B', 17A, A', et hæc quorum labilis est materia non nisi per formam idem permanere valeant individuum, 398A, 399 D, 405B'. — Item unitatem, quia rem separat ab aliis in quibus non est eadem numero forma, XX 177 C, 291A'; non tamen principium est individuationis, quidquid dicant nonnulli, XXI 208D'; nec ipsa a materia individuatur, ut sentire videtur Albertus, 216C', quum ipsa actuet ac determinet materiam, 186D, 216 D, D', sed per se ipsam intrinsece individuatur, 216A, id est per hoc quod est in re extra, 215C'. — Item denominationem, quia in forma est intelligibilitas et cognoscendi principium, XX 382B' : formæ enim in quantum est forma, est cognitio, XXI 186B, nec potest materia intelligi absque forma, 186D, XXII 15B, sed per formam multipliciter cognoscitur, XXI 269A. In quacumque igitur cognitione requiritur forma aliqua, qua res cognoscitur, XXV 416A, ex qua et intellectu fit unum in intelligendo, 416 A', in quo uno intellectus possibilis est quasi materia, species intelligibilis quasi forma, 416B'. Etsi itaque lux non sit forma substantialis lucidorum corporum, XXII 41A, quælibet forma substantialis metaphorice lux vocari potest, 40D'; sed prout exsistit in materia, non est intelligibilis nisi in potentia, XXI 186 C, id est nisi quatenus a materiæ conditionibus abstrahatur, *ibid.* Forma non est semper in eo quem denominat, XIX 377 B. — Item agendi potestatem, quia principium est agendi, XIX 309B, seu principium quo agit suppositum, 316D : formæ enim est agere, sicut materiæ pati, XXIII 100B, 101B', nec operatur agens nisi in quantum similitudo formæ in eo est, XX 396D. Quum igitur in omni agente forma sit propriæ actionis principium, XXV 393D, a parte formæ accipi oportet operationis mensuram, 418C. An forma quæ est in materia agat in ipsam, XXIII 100B, 101A'. — Denique motum, etsi ipsa non sit motrix, XXII 67C', nec ipsi competat moveri nisi per accidens, XIX 376D.

Origo. De origine formarum multiplex fuit sententia : vel enim tota est ab intra, juxta quosdam, XXIII 524C', dicentes totam formam actualiter præexsistere in materia absconditam, XXII 169A, distincte vel indistincte, XXI 46B, B', 422 A', XXIII 531A, et in generatione revelari, XXII 169A, alias in productione et generatione formarum esset creatio et annihilatio, 179A, C'; vel tota ab extra, juxta alios, XXIII 524C', scilicet a datore formarum, XXII 171B', 172A, B, qui eas immediate producit, XXI 46B', 47C', 424 C', sicut formas artificiales artifex, XXII 169D', etsi dicantur eductæ de potentia materiæ, 170B', quia ab eodem necesse est procedere fieri et esse, materiam et formam, 171 C', nec alias per motum quemcumque produci valent 171D'; vel demum nec tota ab intra nec tota ab extra, secundum tertios, XXIII 524C', sed partim ab intra, partim ab extra, XXII 169B, ab intra secundum essentiam et esse imperfectum, 169A', 170D, ab extra secundum esse actuale, 169A', sive aliquid formæ in materia præexsistat per creationem, quod educitur ope principii generantis, XXI 47A, 424D', XXII 176C', 178C, 179A, cooperante materia, XXI 425A, vel non, 425C, sive aliquid materiæ convertatur in formam, ut vult Scotus, XXII 180A', 182B, sive materia et forma una sint essentia, sicut falso senserunt quidam, 169C. — Sed quum nec ex essentia materiæ educi valeant formæ, XXII 169C, nec ex nihilo suæ essentiæ, 169C, 178A, prima earum inchoatio in materia necessario est a Deo, eductio autem fit per virtutem agentium naturalium determinatorum, XXI 444 D', et

quælibet per naturam suæ speciei habet virtutem se multiplicandi, 425 A. Forma naturalis, sive substantialis sive accidentalis, a substantiis separatis produci nequit, XXI 420 D, nec ab angelis, XXII 145 A', nec a dæmonibus, XXI 420 B', nec a virtutibus cœlestibus, XXII 183 B, sed a Deo dumtaxat, qui eas in potentia materiæ posuit, XXI 420 A', XXII 145 B'; formas tamen artificiales producere possunt dæmones per virtutem propriam, XXI 422 C', 423 A, et formas naturales per virtutem alienam, 422 D', 423 A. Item agens per naturam, quia aliquid impertitur passo, formas naturales de potentia ad actum educere potest, XXI 423 D, agens autem per artem, quia nihil impertitur passo, naturales formas virtute propria producere nequit, 423 A'. — In generatione naturali, forma generantis aut agentis est quasi pater formæ genitæ, et materia mater, XXI 200 C'. — In eadem specie unum non potest per se esse causa formæ alterius secundum quod est talis forma, sed potest secundum quod est in materia, XXI 99 A; nulla creatura formam alteri inducere valet nisi per modum mutationis, XXI 99 D', sed formam inductam conservare sine nova mutatione valet, 100 A.

Forma materialis necessario sequitur conditiones materiæ, et cum ea divisibilis et multiplicabilis est, XXI 209 B', XXII 182 A', sed aliter dividuntur formæ situm habentes in corpore, XIX 408 D', aliter formæ substantiales homogeneorum, 409 A. — In cœlestibus forma perfecte complet potentiam materiæ, XXI 248 D', ideo per unam formam omnino completur eorum potentia a principio, *ibid.;* in corruptibilibus vero forma non complet perfecte potentiam materiæ, 248 B', et ob hoc plures successive recipere possunt formas, 248 D'; ubi autem est corruptio formæ prioris et infusio subsequentis, corruptio prioris est ex parte causæ materialis, posterioris inductio ex parte causæ formalis, XXIV 452 C, et finalis, 452 D. — Nulla forma in actu, sive substantialis sive accidentalis, naturaliter transformabilis est in aliam, XXII 173 C'; mutatio autem rei secundum formam substantialem vocatur corruptio, secundum formam accidentalem alteratio, XIX 377 D. — Quum forma cessit in potentiam materiæ, non potest agens naturale ex eadem materia eamdem numero formam denuo educere, XXIV 289 C, XXV 245 B, potest vero supernaturale agens in instanti, XXV 245 B'; omnis autem forma resultans ex conjunctione aliquorum iteratur iteratione conjunctionis, XXV 253 C', saltem quum ex conjunctione ipsa causatur, 253 D'. — An et quomodo in mixtis permaneant formæ elementorum, XXII 117 C' et s. — *Cf.* Ratio seminalis.

Forma substantialis. Juxta quosdam, nulla forma substantialis est quanta, nec habens totalitatem aut quantitatem partium, XIX 412 B', juxta alios, omnis forma substantialis, etiam anima rationalis, est quanta per accidens, 412 D'; sunt qui tenent omnes formas substantiales inanimatorum esse quantas per accidens, præter animas, 414 A, vel omnes formas quæ educuntur de potentia materiæ extendi et esse quantas per accidens, 414 C', quoniam ubicumque forma ita dependet a materia quod esse nequit nisi in materia, ibi sequitur conditiones materiæ, 414 A'; juxta omnes tota est in toto, et tota in partibus, XXIV 260 D. — Non est in materia inchoata, XXII 172 D, C', nec per motum induci potest in materiam, 171 C', sed prima ejus inchoatio non est nisi a Deo, 171 B', 172 B. — Ut quid sit forma substantialis alterius, duo requiruntur : ut forma sit principium formale essendi substantialiter ei cujus est forma, XXI 109 C, ut forma et materia conveniant in uno esse, in quo subsistit compositum, *ibid.* Ens ergo per se subsistens, si aptum sit alteri esse suum communicare, potest ipsi uniri ut forma substantialis, XXI 109 C',

fruentis, nempe caritas, 519 C. — Duo complectitur, libertatem et delectationem, XIX 105A, vel tria, comprehensionem, tentionem et inhæsionem seu appropriationem, 118B, XXV 438C ; non est proprie gaudium, quia delectationem et gaudium ut partes includit, 437A', sed quia delectationem et comprehensionem in se continet, modo pro una, modo pro altera accipitur, 435D'. — Quum sit hominis felicitas, in optima ejus operatione consistit, XIX 114D', et est ultimus appetitivæ potentiæ actus, 121A. In visione proprie consistit, XXV 438D, imo in visione dumtaxat, juxta quosdam, 438 A', non in visione sola, juxta alios, XIX 117C', sed in visione prout dilectionem et delectationem habet annexas, 118C', 119A, id est in visione simul et amore, 113D, 114C', in visione sicut in qua, in dilectione sicut a qua, 113B'; nec in visione nec in amore, secundum Antisiodorensem, sed in conjunctione fruentis et fruibilis, 113C'. — Essentialiter actus est intellectus, juxta Thomam, XIX 115 D, et Cartusianum, 115B', voluntatis, juxta alios, 113B, 115B, C, D, 116A', 117B'; sed potius in intellectu inchoatur et in voluntate perficitur, 115A', 116 C, et prout est actus, actus est voluntatis, 116C', prout est delectatio, passio est voluntatis, 116D'. A voluntate tamen non denominatur, quia non est solius voluntatis, XIX 117C', et definitur per amorem, 118A, quoniam si ad eam virtutes omnes disponunt, sola caritas eam complet, 118B. — *Cf.* Usus.

Subjectum. Frui non convenit omnibus uniformiter, XIX 105B, 134B'; quum enim secum ferat delectationem perfectam in fine, 134C', D', improprie frui dicuntur insensibilia, bruta, 134C', peccatores et viatores, 134D'; aliquo tamen modo, et large sumpta, fruitio tribuitur brutis, 105A, iniquis, 110D', et viatoribus, 135B, D', sed stricte sumpta, solorum justorum est, 111A, imo solorum Beatorum, 134D'. — Deus se ipso fruitur, ceteris utitur, XIX 169A', et in divinis quælibet persona et se ipsa fruitur et aliis, 134 A', 136 A'. — Absolute loquendo, juxta Scotum, potuisset Christus non frui Deo, quia assumptam a divina persona naturam necessario sequi non videtur fruitio, XXIII 73B', 75C, B', nec implicat assumi naturam quæ Deo non fruatur, 73C', 75D', 76C, contra Henricum, 74D, 75D'. Item, auctore eodem Scoto, summam possibilem fruitionem habuisse non videtur, saltem elicitive, XXIII 231 C, nec ad hanc summa indiguit gratia, 231D. Fruitivæ delectationi in ipso patiente non contrariabatur dolor passionis, quia non sunt de eodem, XXIII 286 B, 291D, et ipse comprehensor simul erat et viator, 286C; insuper fruitiva delectatio nec dolorem impediebat sensibilem nec tristitiam, 283A, sive quia a superioribus animæ viribus ad inferiores non redundare permittebatur, 281C, D, sive quia sic mirabiliter Deus voluit, 291 C', 293B. — Fruitio inter Beatorum dotes communiter recensetur, XIX 113D, XXV 435D, B', et aliquo modo dos dici potest, aliquo modo non, 437 C; ut habitus, tentio est Dei sub ratione boni, 436C', ut dos, perfectus caritatis habitus quo anima fruitur Deo, 436D', 437C. Beatorum principaliter afficit potentias, concomitanter essentiam, XXIII 76D, deinde redundat in corpus, 76A'; in his succedit spei et caritati, XXV 435C', et irascibilem perficit potentiam, 435D', 437B', 438A, et ipsos magis perficit quam laus divina, XXI 104C. An in fruitione principaliter consistat eorum beatitudo, negant Thomas et alii, XXV 394A', 401C, affirmant Petrus, 398C', et Scotus, 401A', D', 405C; in fruitione simul et visione videtur esse, juxta Richardum et alios, 398D', 401D; ceterum et visionem includit et in visione includitur, 404B', C'. — *Cf.* Beatitudo, Dos.

Objectum. De diversis diversimode frui contingit, nempe tribus modis, XIX 120A, aut quatuor, 114C. — Aliæ itaque

G

radicali, alioqui non esset vera generatio nec vera cognatio, 403B; ideo, juxta quosdam, ex humido radicali Adæ aliquid per generationem in omnes homines transiit, 403D, 404A', 405C, et ex eo quod ex parentibus decisum est, constituitur veritas naturæ corporalis geniti, cui nihil postea adjungitur, et quæ sola in fine resurget, 395D', 399A', vel saltem sola in homine fixa manet, 397B, quod enim prius est in generatione, ultimum est in destructione, XXIV 503A'. — Quapropter generationi vulgo attribuitur originale peccatum, quia et in ea est materialiter, XXII 407 A', et per eam traditur, 416D, 417C, et eam magis inficit, 415D, 417B, B'. — *Cf.* Semen.

Generatio in creaturis. — Generandi potentia ad omnium generabilium et corruptibilium perfectionem pertinet, XXII 200 A', ideo, quidquid somnient quidam, homines in statu innocentiæ præter generationis viam multiplicari potuisse, 200 A, 205D, tunc fuisset generatio carnalis, 200D, ad multiplicandam speciem, 201C; imo omnes genuissent, 202D', et tot fuissent geniti masculi quot femellæ, 203 A, A'. — Verumtamen, quum naturalis generatio fiat ex materia aliqua virtute naturæ, XXI 64B', generari non potuerunt spiritualia, cœlestia et prima generabilium supposita, 64 A', quæ enim per generationem producuntur, ab æterno esse nequeunt, 77C, ideo necesse est ponere in omni genere primum suppositum a quo cetera processerunt, 77B'. — *Cf.* Homo.

Ad generationem perfectorum animalium non sufficit virtus cœlestis, quidquid dicat Avicenna, XXII 146A, B, sed requiritur virtus agentis particularis et locus temperatus, 146A. Hominum igitur generatio nec divinæ operationi adscribi potest, XXII 401A, alioqui non esset naturalis, 401 C, nec virtuti cœlorum, 401D, aut inferioris naturæ, 401C', quæ homines educeret de terra, 146C, vel ex putredine, 146A', sed generantis substantiæ deferenda est, 407 D, 410 A. — Ad generationem inferiorum varie conferunt varii planetæ, XXII 95 C', et sol, XXI 34, 423A, XXII 38B', 93A, 95 D'; sed in generatione equi causa principalis est sol, causa instrumentalis, equus, XXIV 60A, in generatione hominis causa principalis est Deus, causæ instrumentales, sol et homo, *ibid.;* an et quid conferat ibi materia, XXII 169B, 170A', C', 176D. — Inanimata simile sibi generant sine medio, viventia autem et sine medio et per medium, XXII 184C. — *Cf.* Cœlum.

Ad generationem requiritur principium passivum, seu passiva potentia naturalis, et principium activum sibi correspondens, sive respectu formæ inducendæ, sive respectu dispositionis ad formam, XXV 248 C', et communiter principium agens est mas, qui formam inducit, XXII 200A', principium passivum femina, quæ materiam præbet, 200 B', et semen masculinum est ad femineum ut coagulum ad lac, XXI 458B. Verumtamen absque mare quandoque fieri potest generatio, juxta Parisiensem, quum ex vento concepisse dicatur equas in Portugalia, XXI 458A, et ex urso mulierem in Saxonia, 458D. — An autem generationi prolis active cooperetur mater, negant aliqui, quoniam patiens est dumtaxat, XIX 287B, D, XXIII 99D', nec vim habet ad educendam formam, 100B, ideo generationi non cooperatur nisi ministrando materiam, 99C, 100B, et conceptum fovendo, 99C, 100C; affirmant alii, sive quia non mere patiens est femina, sed suo modo agens, 99C', 100A, D', sive quia in materia matris est potentialiter forma educenda, 100A. — Ex omni igitur generatione non sequitur paternitas, maternitas nec filiatio, XXIII 115A, sed ex ea tantum quæ genitum facit in similitudinem generantis, *ibid.,* non enim vere pater dici potest nisi qui substantiam præbet, 111 A', 112 B', et virtutem for-

mativam, 111 A', 115D. — *Cf.* Mater, Pater.

Recte dicitur genitor causa geniti vel quoad fieri tantum, ut tenent Henricus et Thomas, XXI 98C, 99A, vel quoad fieri et esse simul, ut volunt Richardus, 100D', et Cartusianus, 101C, etsi enim pater non sit causa totalis nec principalis, causa tamen est, 101D, quum proli det esse et vivere, 101A'. — Quum tamen in generatione communicetur non idem individuum, sed eadem dumtaxat species, XXII 210C', generanti assimilatur genitum, non in dotibus personalibus corporis vel animæ, sed in proprietatibus speciei tantum, *ibid.;* generans enim et genitum conveniunt in specie, non in accidentibus, XXIV 297 A'. — Insuper, quia virtus generativa dispositionibus plurimum conformatur animæ, XXII 203B, et ab imaginatione valde juvatur, 203C, ex variis causis accidit generari parentibus prorsus dissimiles, 203D, masculos vel feminas, 203 A'. — An generatio de carne fieri queat secundum speciem, XXV 271 B, an secundum materiam dumtaxat, 271C. — *Cf.* Filius.

Illi convenit generari cui convenit esse, nempe toti seu composito, XXII 139B; nec enim formæ nec materiæ competit generari, 138B', sed composito, 139B, 183C. — Anima igitur pueri ab anima generantis non producitur, nec per divisionem, XXII 182A', nec per causalitatem, 182B', nec per traducem, 182A', 184D; in semine genitoris non est actu secundum completam essentiam, 172D, nec etiam virtualiter, 172A', nec successive evolvitur, 172B', nec e potentia materiæ educibilis est, 182C', virtute creata aut causis secundis, 140D'; restat ergo ut a Deo creetur immediate, 142B'. Formæ vero inferiores proprie non creantur, XXII 179A, quia non sunt penitus ex nihilo, 179C'; quomodo in genitum inducantur, 169B, 170D, 172C, D, 173C, 174D', 176C', 177A, 178C, 179A, 180A'. — Corpus autem formatur virtute formativa quæ in semine continetur, XXII 172B', et agit ex virtute animæ genitoris, etiam præsente anima geniti, 172 C'. — In generatione hominis, animam rationalem præcedit aliqua forma e potentia materiæ educta a generante, quæ adveniente anima destruitur, juxta aliquos, XXII 136C', perseverat, juxta alios, 138A', alias non apparet quomodo destruatur, 137A, nec cur educta esset, 137B; imo sequeretur filium non habere esse genitum a patre, 138B'. Etsi enim genitor animam intellectualem de materia non educat, sicut formam educunt bruta, oportet eum aliquam educere formam, alioqui nihil generaret, XXII 139 C, quum nec animam generet, nec materiam, 138B', 139B. Et quantum dat de forma, tantum dat de consequentibus formam, quæ sunt locus et motus, XXII 72D. — In generatione ergo naturali necesse est alterationem unius præcedere generationem alterius, XXIV 448B', et ex parte causæ materialis, remotio formæ prioris præcedit infusionem sequentis, 452C, ex parte vero causæ formalis sequitur, 452C, sicut et ex parte causæ finalis, 452 D, 453 A; verumtamen simul et in eodem instanti fiunt expulsio formæ prioris et introductio sequentis, 454D', quia non potest materia esse sine forma hac aut illa, 455A. — *Cf.* Anima.

Vi generativa carent dæmones in corporibus assumptis, XXI 451 A, 457 D, ideo vere generare nequeunt, 451B, 452A, etsi valeant semen a viris acceptum in feminas transfundere efficaciter, 451B, 452B, 453B', D', 454B, 458A', imo tam efficaciter ut inde nascantur gigantes, 452C; filii autem sic geniti, non sunt filii dæmonis semen inducentis, sed viri a quo semen acceptum est, 452C, 453 B'. *Cf.* Incubus.

Generatio in divinis. Deo, ob summam essentiæ communicabilitatem, XIX 294C, 295A', 296C, generare convenit vere, 292B', 294D', 295A', dignissime,

comprehenditur, 429D', unde præsumptionis non sunt arguendi qui eam utcumque intelligere conantur, 429D'. — Quum mera sit relatio, quæ nihil ponit in divinis, XX 117C', non derogat potentiæ Filii, 117D', 118A', 119A, A', C', 120 B, D'; in generatione enim humana, ob actus imperfectionem, genitus nascitur inferior patri, in generatione divina nascitur æqualis, 105D; imo Verbi essentia et substantia, ut per generationem acceptæ, dici nequeunt generatæ, XIX 294A. — *Cf.* Nativitas.

Generabile tripliciter dicitur, XXIII 182A. — Generabilia quoad substantiam et operationem mensurantur tempore, XXI 147A, et motui continuo subjiciuntur, 146B'; an quandoque subjiciantur ævo, 147D'. *Cf.* Corruptibilia.

GENNADIUS, Massiliensis presbyter et theologus († 493), auctor libri de Ecclesiasticis dogmatibus vulgo Augustino adscripti, allegatnr de Dei imagine in homine, XIX 289D', de frequenti communione, XXIV 339C, et de satisfactione, 384D'.

GENUS quid sit, XIX 396C. — Non est similitudo alicujus rei extra animam exsistentis, XIX 150A', nec habet in Deo propriam ideam, XX 408A, 413B', D'. — Subjectum est cui accidit esse determinatum vel non determinatum ad actum per differentias suas, XIX 396B'; quodam modo cum materia convenit, 396A', quodam modo ab ea differt, 397B; quid medium dicit inter potentiam et actum, 397C; comparatur ad speciem tripliciter, 397A, et ad differentiam pariter tripliciter, 397B; an et quomodo ad illud pertineant differentiæ, 393C', 394C, B'. — Prædicatur univoce de omnibus contentis in se, XIX 393A, sed ejus natura non eodem est modo in omnibus speciebus, XXV 61A, non enim omnibus communicatur secundum esse unum, sed secundum unam rationem communem, XIX 392D', ita ut omnia quæ sunt in genere uno communicent in essentia generis et differant secundum esse, 393 C'. — Variis modis dicitur unum, XIX 76 C, et quot modis dicitur unum, tot modis dici potest scientia ejus una, 76D. — In genere aliquid est dupliciter, XIX 393A', XX 112D, naturaliter ut species, reductive ut principia, XIX 393A', aliud est enim esse in genere, aliud ad genus reduci, XXII 532B', sicut aliud est genus naturale, aliud genus logicum, XXI 270 B'. — Omne quod est in genere addit aliquid supra genus, XIX 392B', et habet quidditatem differentem ab esse, 392C', 393D', oportet enim ut sit finitæ perfectionis, 397C, et partes habeat et potentialitatem, 397D. — *Cf.* Differentia, Species.

Idcirco genus non convenit Deo, XIX 399D, A', qui non habet genus, 393D', nec est genus, 396C', nec est in genere, 396C', 397C, B'; non est in genere substantiæ, 392B', nec in generibus accidentium, 393B, nec in genere aliquo simpliciter, 393A', aut reductive, 394A, sed est extra et supra omne genus, 75B, 396C', 397D, D', 398D', quamvis dicatur Deus de pluribus personis, 391A, 400D. Attamen ipsi convenit aliquid rationi generis simile, XIX 400B', ideo a nonnullis genus habere dicitur, 400B', sed improprie, 396D'. — Item potentia pura, quæ non habet differentiam, non est genus, XIX 396D. — Bonum et malum non unius sunt generis, XXI 52A', nec malum genus dici potest, nisi reductive, 42A', 52C'. — Immateriales substantiæ, quamvis sint in genere, non sunt unius generis naturaliter cum sensibilibus, XXI 270B, sed tantum remote et logice, 270 B', sicut cœlestia et inferiora, corruptibilia et incorruptibilia, *ibid.* — Cur bruta perhibeantur facta juxta genus suum, homo vero minime, XXII 112C.

Genus masculinum (et femininum) est determinatum, nec prædicatur perfecte nisi de re perfecta et subsistente, XXIII 156C, genus neutrum informe est, et prædicatur tam de re perfecta et sub-

sicut sine lumine gratiæ mereri nequit, 422C. — Incorruptibilis est, XXV 427C', ideo gloriæ detrimentum non incurrunt angeli custodes ex damnatione suorum, XXI 555A', quia in bono adepto sunt confirmati, 555C', nec indigniores facti sunt, 556D'; imo post judicium augenda videtur, sive extensive, ex gloria aliorum electorum, XXV 411D, sive intensive, ex resumptione corporum, 409B', 410 D', 411C, B', C'. — *Cf.* Beatitudo, Lumen.

Inanis gloria modo excellentiæ appetitum significat, et est capitale vitium, XXII 567D', 569D', modo laudis appetitum, et est filia superbiæ, 570A'. *Cf.* Superbia.

GLOSSA. Nomine hoc, glossæ, variæ designantur Scripturarum explanationes, scilicet :

Glossa interlinearis Anselmi, Laudunensis canonici et scholastici († 1117), non semel allegata : quod Filius dici possit, Qui est, XIX 363B, XX 321C, et Liber vitæ, XX 321C, et major sit ipsis Seraphim, XXI 527B; quod Lucifer bonus creatus sit, XXI 163D; de corpore Christi, XXV 435A, de distributione gratiarum, XX 20D', de conscientia, XXII 524A', de peccato contra Spiritum, 574 C', 575A, de contritione, XXIV 361B', de verbo *apparere,* XIX 565A, etc.

Glossa ordinaria Walafridi Strabi, abbatis Augiæ Divitis, Ord. S. Bened. (806-849), pariter sæpius citata : De triplici imagine, XIX 257D; de Dei veritate, 358C', voluntate, XX 615D', 617B', electione, 524C, 525C, et inscrutabilibus judiciis, 541C', 545A; de Deo fonte veritatis, XIX 358D', XXV 421C'. De Christo : quod non decimatus sit in lumbis Abrahæ, XXIII 103C', 104C', et corpore tantum inferior fuerit angelis, XIX 578C'; quod etiam ut homo vere Deus dicatur, XXIII 201A', et ipsi debeatur cultus latriæ, 191 D; de ultima ipsius cœna, XXIV 302C; cur post resurrectionem quadraginta diebus cum discipulis conversatus fuerit, XXIII 392A; quomodo dicatur caput, 237D. De donis Spiritus Sancti, XXIII 539A, 540B'. De angelorum numero, XXI 219D', 231B', et illuminatione, 505 C. De dæmonibus : quod non vere pœniteant, XXI 384B, et omnia perverse agant, 385D'; quod semper, licet inviti, divinæ gloriæ deserviant, 363D'; quod fidem quamdam habeant, sed informem, XXIII 409B', spem aliquam, sed inanem, XXI 386D; quod ubique secum infernalem ignem deferant, XXI 350A, 352A', XXIII 387C, XXV 311 C', et ipsis terribilior reservetur damnatio, XXI 351A', eorumque sedes ab electis repleantur, 510D. De Beatorum claritate, XXV 302A, 446D, integritate, 304 B, corona, 439C, aureola, 439A', et exsultatione, 477B', C'; quod ipsorum numerus augeri possit vel minui, XX 517B, C, et gloria nondum sit completa, XXV 411 B; an vivorum gesta cognoscant, XXV 338B'. De Adæ ambitione, XXII 227D, et peccato, 267C'. Quod antiquitus primogeniti essent sacerdotes, XXIV 77B; quod a circumcisione computarentur Judæi, XXIV 69C. De magis Ægypti, XIX 228D, 231D', XXI 423B'; de religiosa philosophorum scientia, XIX 237D, 238 B; de Baptismi forma, XXIV 109B', et effectu, 131 D; de male communicantibus, XXIV 238A; de aqua vino in calice apponenda, 298C'; de gratia, XXII 318B', conscientia, 523C', 524A, A', et rectitudine cordis, XX 651C, 653A; de fomite, XX 55A, XXII 380D', et de languore caritatis, XX 54A'; de peccati fontibus, XXII 228 A, et peccatis justorum, XX 54 A'; de contritione et compunctione, XXIV 457 B'; de reviviscentia meritorum, 372B'; de justificatione, XXIV 447C, et morte justorum, XXIII 547 B', D'; de dilectione inimicorum, XXIII 495 A', B'; de paupertate spiritus, 552 D'; de mundi deformatione, XXV 385B'; de ultimi judicii aqua, XXV 370 A', et igne, 370 D', 372 C, 374 D'; de triplici cœlo,

dum vitam æternam, 318 A'. Universalis habitus dicitur, quia in tota anima diffunditur, XXII 319 A, saltem virtualiter, 319 B, et perficit ipsam animæ essentiam, 321 B, non quoad operationem, sed quoad esse supernaturale, 321 D. — In substantia animæ ut in subjecto esse dicitur, proprie juxta quosdam, XXII 327 A, 328 A, A', D', 329 A, quia ad operandum meritorie necesse est supra se elevari naturam, 328 B, 329 A', appropriate juxta alios, 327 C, D', 329 B, quia directe arbitrium respicit seu voluntatem, 326 C', 327 A', 328 D; non desunt tamen qui eam tenent residere vel in potentiis principaliter, XXV 409 D, vel in essentia et in potentiis simul, XXII 319 A, 325 C, A', 329 A. — An sit præstantior anima, XXII 320 C, et aliquid ponat in ea, 318 C, 319 D, 322 A, 323 C'. — An una sit in unoquoque gratia gratificans, negare debent qui dicunt eam a virtute non differre, XXII 330 B', item qui tenent eam in essentia animæ non consistere, 330 B', 331 C', affirmant qui docent eam subjective residere in anima, 330 C'. Una igitur est gratia, XXII 326 A, in essentia animæ sita, quia quum sit habitus simplex, non potest esse in diversis subjectis, 319 A; sed in varios habitus ramificatur, 326 A, 330 C', quapropter multæ sunt virtutes, 331 D, 332 A, et diversæ gratiæ sacramentales, 331 A', 332 B, et gratiæ gratis datæ, 331 D'. Ex eadem enim gratia quæ perficit essentiam animæ, XXIV 61 D', 62 D', 63 D, XXV 408 C', fluunt virtutes et dona ad perficiendas potentias, XXIV 62 A, D', XXV 409 C, et gratiæ sacramentales ad reparandos defectus peccati, et sic fluendo quodam modo multiplicatur, XXIV 62 C.

Nunquam est sine gratiosa præsentia Spiritus Sancti, XIX 520 A, D, et qui eam habet, eo ipso dona habet Spiritus Sancti, 65 C. Similiter in multis cum virtute convenit, XXII 320 D, 323 D, 325 B', et sine virtutibus esse nequit, XXIV 62 B, maxime sine caritate, a qua non potest separari, XXII 325 A : quicumque igitur gratiam habet, necesse est eum in omni statu virtutes habere quæ sunt perfectæ, vel aliud eis correspondens, XXIII 585 D'. Verumtamen non idem est ac virtus, XXII 320 A', nec cum virtute fit unum, 320 C', sed essentialiter ab ea differt, 321 B, C', 324 D', 325 C, contradicente Durando, 324 B. Proinde nec fides est, XXII 320 A', nec caritas, 321 B', quidquid contra dicant Scotus, XX 15 B, B', et alii pauci, XXII 323 B, 325 B, B'. — An autem differant gratia sanctificans, gratia virtutum et gratia sacramentalis, affirmant Albertus, XXIV 61 C', 192 D', et Thomas, 62 D, C', 194 D, negant Petrus, 62 D', 194 A', et Richardus, 63 B, quibus consentit Cartusianus, XXIV 194 D; sed gratia gratum faciens esse potest absque gratiis sacramentalibus, 62 B. — Quomodo dicatur forma virtutum, XXII 321 B', 330 C', 331 A', 332 A. — *Cf.* Caritas.

Gratia gratum faciens est perfectio debita inesse naturæ, XXI 379 C, quoniam sine ea nemo Deo acceptus esse potest, XXII 265 B', nec mereri ad vitam æternam, 265 C'. — Similitudo Dei est et vestigium, XIX 241 C', animam dupliciter perficiens, formaliter in esse spirituali, eam Deo assimilando et gratam faciendo, exterius, ejus actiones meritorias faciendo, XXII 320 D, 324 B', 334 A', XXIII 328 C; essentiam animæ immediate sanat, XXII 336 B, perficit, XXV 408 C', exaltat, deificat, 408 D', et quodammodo ampliat, augendo capacitatem ejus ad operandum, XXIII 228 A', et multiplicem habet effectum, XXII 334 C', 336 B. — Cum arbitrio agere dicitur, XXII 332 A', ut cooperans, 332 D', in illud, 332 C', ut operans, 332 D' ; movet illud dispositive, juxta Petrum, 333 D, per modum instrumentalis efficientis, juxta Richardum, 333 A', et per modum formæ, 333 B'; quomodo in eodem opere concurrat cum arbitrio, XXII 333 B, C', et quomodo dicatur esse in actu continuo, 327 D, C'. — Ad justificationem impii requiritur,

H

I

voluntatem antecedit, in quibusdam sequitur, XXI 305C, 310D', 311C, D, XXIII 406D', antecedit in his quæ ipsius assensum cogunt, sequitur in his ad quorum consensum ratione non cogitur, 407A, et ordine naturæ per prius conjungitur fini extra, quam voluntas, XXV 404 D, quia velocior dicitur voluntate, XXIII 469B, et magis est in recipiendo quam voluntas, XXI 198C'. — *Cf.* Voluntas.

Objectum. Quum uniuscujusque perfectibilis perfectio sit actus suæ potentialitatis ultimus ac supremus, XXV 479B', intellectus humani perfectio est esse speculum perfectum omnium intelligibilium, *ibid.*, et increati speculi imago perfecta, 479C', quantum possibile est, 480A. — Intellectus est habitus principiorum indemonstrabilium, XXI 117B, unde intellectualis dicitur potentia quæ omnia quæ cognoscit, subito et sine inquisitione intuetur, 117A; proprie est principiorum et immediatorum, et sic a scientia distinguitur, XIX 117C, et a ratione, XXII 276 D', quamvis reapse nihil sit aliud quam ratio, 277D. — Circa universalia versatur, XIX 67D, et universalitatem facit in rebus, quia quod singulare est dum sentitur, universale fit dum intelligitur, XXI 212A'. — Naturaliter allicitur vero, XIX 287A', et grandi ardore errorem odit et diligit veritatem, 266C', quia ab objecto inclinationem recipit ad actum suum, 287C, D, et terminus ejus est verum in intellectu, 357 D', quapropter subjectum dicitur veritatis æternæ, immortalitatis habens radicem, XXI 47B'; sed vero adhærere potest propter se, et est intellectus principiorum, vel propter aliud, et est certitudo conclusionum, XIX 117A. — Objectum ejus est ens secundum omnem entis rationem, XIX 124A; sed quidditates non intelligit nisi per receptionem similitudinis earum secundum speciem, etsi forte non secundum eumdem modum essendi, XXV 415D'; formas recipit simpliciter ut sunt formæ, XXI 199A, sed ut sunt individuales non recipit nisi per reflexionem, 187D'; materialia simpliciori modo apprehendit quam sunt in re, immaterialia compositiori modo, XXI 188A; se ipsum intelligere nequit nisi per species rerum quas apud se habet, XXII 252D', quia per objecta venit ad cognitionem actuum, et per actus ad notitiam potentiarum, *ibid.* — *Cf.* Ratio.

Ad manifestissima naturæ se habet quasi noctua ad solis lumen, XIX 59C', XXV 414A, id est ad cognitionem immaterialium, XIX 219B, 220C', 225A', et separatarum substantiarum, XXI 231 C, 265B'. — Ex puris naturalibus videre nequit substantias separatas, nec se ipsum, XIX 275C', nec ex creaturis ad Creatorem argumentando discurrens, intelligere valet ejus essentiam, XXII 290B : impossibile est enim creatum intellectum per sua naturalia divinam essentiam videre, XXI 267C', XXV 420B, 424B', 425A, non excepto angelico, XXI 266A, sed ex sensibilium cognitione ad Dei notitiam ascendere potest, 266C'. — Nullo ergo modo Deum cognoscere valet per propriam formam, XXI 269C, B', nec videre absque medio, XX 14A, quum immediate ferri nequeat in divinam essentiam, nec in substantias separatas, XXI 270A; imo perfectionem Dei integre et sine corruptione concipere nequit, nec in terra, XIX 151D', 153D, 157 D', nec in cœlo, 152B, 160B. — A purissimis tamen intellectibus videri potest Deus, sive per speciem in cœlo, XIX 141 D', sive in terra, mysticæ theologiæ visione, 142A, aut visione formata, 142A, A', C'. Et qui Deum in se ipso cognoscit, necessario ipsum totum cognoscit, XXIII 61A', qui autem ex creaturis novit, partim et divisim eum cognoscere potest, 61B', sed utrobique a plena Dei comprehensione deficit infinite, XIX 123D', 221D'. — Quomodo a composito et finito intellectu capiatur Deus simplex, XIX 123C', et infinitus, 119C, 123D'.

Actus. Intelligere est per se et propria operatio separatarum substantiarum, quæ propterea dicuntur intelligentiæ, XXI 201 C, non hominis, qui potius dicitur ratiocinari, 206 C; dicitur enim intelligere quasi intus legere, XXIII 573 A, et differt a cogitare, discernere, XIX 271 A', C', et scire, 273 B, D, sicut intellectio intuitiva ab abstractiva, XXIV 266 C'. — Intelligere est actus immanens, a vi intellectiva elicitive progrediens et in ea quiescens, XIX 287 B', et dicitur actus secundus respectu intellectus, XXI 256 D'; an aliquid reale superaddat intellectivæ potentiæ, 256 D'. — A quo sit in nobis, XXI 257 A, 258 A, 259 C', a potentia, XIX 286 A, 287 C, an ab objecto, 286 A', B', 287 C, an ab utroque simul, 286 D, 287 D, A', et a quo principalius, 287 D', an ab intellectu informato per speciem rei, XXI 256 B', aut per immediatam objecti impressionem, 256 C'. — Quomodo fiat actus intelligendi juxta Henricum, XIX 194 D', XX 254 C, Thomam, 255 D', Richardum, 257 D', et Scotum, 254 D, 258 A'; an sit emanatio ab intelligente realis an secundum rationem tantum, XX 255 B'.

Ad actum intelligendi concurrunt tria, potentia intellectiva, lumen quo effective intelligit, et species recepta ab intelligente, qua intelligit formaliter, XXI 514 C, vel quatuor, intellectus, actus intelligendi, cogitatio et verbum, XIX 452 C', sed non videtur species intelligibilis ubique necessario requisita, 262 D'. — Intellectus enim passiva potentia dicitur, quoniam ab objecto per intellectum agentem recipit speciem, XIX 287 C', ita ut, sicut corporali visu nihil videtur nisi lumine manifestetur, sic nihil intellectuali visu, nisi sub lumine intellectuali, XXI 501 A, quod in naturalibus fit per lumen intellectus agentis, in supernaturalibus per lumen superadditum, *ibid.* Et in actu intelligendi partim passivus est, quia perficitur motu qui fit a re intellecta in ipsum, XIX 194 D', partim activus, discurrendo et investigando quod quid est, 195 A, et primo passivus est, postmodum activus, XX 254 C, sed de ratione passionis hoc solum habet quod intelligibilem speciem recipit, quin transmutetur ab ea, XXI 198 D'. — Sibi connatos habet habitus principiorum et species quasdam, XIX 287 C', quoniam nil intelligere valet nisi ex cognitione principiorum naturaliter cognitorum, XXV 397 A', per se enim et primo fertur in cognitionem principiorum, secundario in notitiam conclusionum, XX 608 D, propter quod principiorum notitia vocatur intellectus, notitia conclusionum scientia, *ibid.* — In eo igitur sunt actus et habitus, et juxta quosdam, duplex forma, species nempe intelligibilis et species intellecta, XX 255 B, et esse in actu dicitur per hoc quod est in eo rei similitudo, XIX 495 B'; objectum intelligit ut quod intelligitur, speciem objecti ut quo intelligitur, XX 401 D'; quomodo transeant species ab imaginativa et memorativa ad cellulam rationalem, XXI 411 D. — An intellectus sit semper in actu, XIX 270 C et s., et intelligat se in omni intelligibili, 271 A, 273 C.

Actus intellectus incipit in termino imaginationis, XXIII 469 A, et præcedit actum voluntatis, XIX 484 D, 486 D, 488 C, si non voluntatis ut naturæ, 485 C, saltem voluntatis ut voluntatis, 485 D, quia ordine naturæ intelligere præcedit velle, 488 C, D, et in intellectualibus creaturis intellectiva potentia propinquius se habet ad naturam specificam, 489 A'. — Non successive nec per partes, sed totus simul et subito perficitur, XXI 262 C, B', sed quamvis totum speciei suæ esse habeat in instanti, per accidens mensuratur tempore, XXIV 460 D. — An plura contingat simul intelligi aut considerari in actu, XXV 260 A, C', negat Thomas, quum enim fiat actus intelligendi per hoc quod specie rei intelligibilis figuratur intellectus et assimilatur ad rem intellectam, impossibile est eum

plura per diversas species simul intelligere, XXI 263D, XXIII 257B, nisi reducantur ad unam speciem, XXI 263 D; ideo quæcumque per unam speciem cognosci possunt, simul noscuntur, 264C, quæ per diversas species, per diversos actus, *ibid.;* contradicentibus tamen Durando, 264 B', et Cartusiano, 265 D, qui tenent intellectum pluribus simul posse speciebus informari, 264B'. — *Cf.* Species.

Divisio. Multiplex est intellectus, nempe possibilis, qui est in potentia ad recipiendas formas, XXII 126C, agens, qui intelligibilia in potentia facit actu intelligi, 126D, formalis seu speculativus, seu in habitu, qui est possibilis specie intelligibili perfectus, *ibid.* — Per intellectum agentem est omnia facere, per possibilem omnia fieri, XXII 149B', ex actione agentis et possibilis omnia intelligere, tam principia quam conclusiones, 129D ; quomodo in eadem animæ substantia ambo radicentur, XXII 129 A, et quatenus lumine addito indigeant ad cognoscendum, 362C. — Insuper, quidquid dicat Scotus, intellectus non modo actum habet practicum, XIX 71D', sed dici potest habitus practicus, 72 A, et dividi potest in speculativum et practicum, *ibid.,* qui ab invicem differunt et fine, quoad differentiam formalem, 72C', quoniam intellectus practici objectum est opus actuale, 72D', et habitu directivo, quia ut speculativus perficitur a scientia speculativa, ut practicus, a scientia morali et sapientia, 70C'. Speculativus practico est perfectior, XXV 395B, sed non hujus est conditionis ut nihil præter actum intelligendi producat, XIX 446D, 449A', et etiam in scientiis naturalibus in sola speculatione et delectatione sisti non debet, XXIII 407B', 408A, alioqui quodammodo mœchatur, 407C', 408C.

Intellectus *in habitu,* juxta Themistium, æternus est, unicus in omnibus, et quasi compositus ex agente et possibili, XXII 127A', qui non nisi conjunctione agentis cum possibili intelligit, 127 C'; juxta Averroem, ex intellectu possibili et intelligibilibus speciebus constat, 128A.

Intellectum *agentem* asseruerunt antiqui philosophi substantiam esse separatam, ultimam scilicet intelligentiam, XXII 126A', vel ipsum Deum, 126B', XX 322C, ideoque æternum esse, XXII 127 B', et unum in omnibus, 128B, vel formam esse intellectus possibilis, 127B', aut intellectum in habitu, 127A', sed reapse virtus est animæ species faciens intelligibiles actu, 129C, et diversa in diversis, 128D'; an et quomodo a memoria differat, XIX 282D'. — In anima est a *quo est,* seu esse, XIX 285A, et præstantior est intellectu possibili, 260D', cujus est forma et actus, 271B'. — Absque sui alteratione agit vel non agit pro libertatis arbitrio, XXI 84C, et habitu non indiget, XXIII 400D. Imo ipse est quasi habitus, XIX 261B, 265B, et in duobus similitudinem habet habitus, 261B, cujus actus sunt intellectum possibilem illuminare, *ibid.,* et resplendere super phantasmata, 261C', ea abstrahendo a particularibus conditionibus, 261C, C', 263B, sicque dispositive intelligendi actum causare in intellectu possibili, 261D, D'; sed falso dicitur habitus principiorum, XXII 129D. — Instrumentum est animæ ad cognoscendum, XIX 87B, sed apprehendere nequit nisi quod a sensibilibus abstrahitur, 87 C, ideo per illum non nisi sensibilia perfecte cognoscuntur, *ibid.;* imo non est ipsius intelligere, sed illuminare phantasmata, ut apta sint agere in possibilem, XIX 261C', et actum intelligendi producit in possibili, 262C, eum movendo ut visum lux, 261 C, vel species coloris mixti lumini, 262A, quia quasi lumen est cui immixtum est phantasma, *ibid.* — An et quatenus in omni intelligibili intelligatur, XIX 271B, et ad imaginem Dei in anima pertineat, 260 D'.

Intellectum *possibilem* putaverunt qui-

J

L

addebat reatum, 640 D, vel saltem novam deformitatem, XXV 167 D', quin gratiam contra dare valeret, XXIII 640 D. — Sed quanquam gratiam non conferebat, peccatum ostendebat, et observantibus merebatur vitam æternam, XXV 132 C', eos justificando dispositive et meritorie, XXIII 641 D', et in eis justitiæ consuetudinem inducendo, 642 B', et sic multi sub lege sanctificati sunt, si non ex operibus legis, saltem ex fide in Christum venturum, 641 A.

Legalia præcepta, adveniente nova lege, cessare debuerunt, quia figurativa, XXIV 71 A', imo triplici de causa, quia figurativa, et imperfecta, 72 D, et populo peculiari data, 72 A', et promulgato Evangelio, facta sunt mortifera, 73 A. Usque ad prædicationem Christi viguerunt, XXIV 86 B', a tempore prædicationis usque ad passionem currebant cum sacramentis, *ibid.;* an statim post Christi mortem potuerint adhuc observari, negat Hieronymus, 72 C', affirmat Augustinus, 72 D'. Aliqua ab Apostolis renovata sunt, XXIV 73 A', sed ad bonum pacis, 73 D, nec amplius obligant, 73 B; perperam igitur ea cum Evangelio servanda docebant Ebionitæ, 303 B, quia facta revelatione cœperunt esse mortificata et mortifera, XXIII 640 C. — *Cf.* Judæi.

Lex nova seu evangelica quasi medium tenet inter Mosaicam et statum patriæ, XIX 88 A', XXIV 49 B, inter Synagogam et Ecclesiam triumphantem, XXIII 640 A', et in veteri continetur sicut perfectum in imperfecto, 642 D; hinc, quæ in ea sunt, veritas sunt respectu præteritorum, figura respectu futurorum, XXIV 49 B. — In ea sunt præcepta dirigentia, promissa beatificantia, sacramenta sanctificantia, XXIV 52 B', et multa plura rationem excedentia continet quam lex vetus, XIX 84 A'. — Utraque, vetus et nova, eumdem habent auctorem et finem, ideo non distinguuntur specifice, XXIII 641 B', sed multæ inter illas notantur differentiæ, 638 B' et s. — Vetus enim infirmis adhuc animis nonnisi terrenas mercedes et pœnas aperte monstrabat, XXIII 638 D', 639 B', 640 A', nova æterna supplicia vel præmia repromittit, 639 C', 640 A', ideo dicitur illa manum cohibere, hæc animum, 638 B', quanquam vetus etiam actus interiores prohibebat, 638 B', 643 A, sed non cohibebat, 639 D', 643 C. — Item, vetus justitiam non dabat, nisi forte justitiam acquisitam, XXIII 640 A, 641 A, nova justitiam dat infusam, 640 B, ideo hæc justificare dicitur, illa non, 638 C'. — Vetus lex timoris dicitur, XXIII 639 C, sive quia divinam potentiam præcipue declarat, 640 C', et per comminationes ad sui observantiam excitat, 640 D', sive quia fuit lex imperfectionis, 642 C', et amoris servilis, 642 C'; nova dicitur lex amoris, vel quia in ea relucet divina bonitas, 640 C', et per beneficia et promissa allicit homines, 640 D', vel quia lex perfectionis est, 642 C', et amoris filialis, 642 D'. — Vetus onus importabile dicitur, XXIII 639 D, quia et multo plura continebat præcepta, cærimonialia nimirum et judicialia, 641 B, C', 642 A, et gratiam non dabat ad ea adimplenda, 641 C, et in transgressores severissime animadvertebat, 643 C; nova jugum suave vocatur, 639 A', quia etsi forsan difficiliora præscribat quantum ad moralium explicationem, 641 C, C', gratia et amore facilius observatur, 641 A'. — Vetus in multis gravior fuisse videtur, XXIII 643 C, nova, qualis a Christo fundata est, levior fuit, sed per sæcula tot ei adjuncta sunt (quoad cærimonialia et judicialia), quod forsan gravior evaserit, 644 D, insuper difficilior est credendorum altitudine, 645 D', sed ampliora habet gratiæ adjumenta, 644 A'.

Tam in V. quam in N. L. tria sunt præceptorum genera, cærimonialia, judicialia et moralia, XXIII 643 D; sed in V. cærimonialia plurima erant et difficilia, XXIII 643 D', et plerumque sub gravi et sub interminatione mortis imponebantur, 643 A', in N. paucissima a Christo

continentur dumtaxat, non conservantur, 163 B'. — Similiter triplici modo locatum comparatur loco : vel enim exceditur loco et eo indiget, XX 437 A', vel æquatur loco, *ibid.*, vel excedit locum, qui eo indiget, 437 B'; loco comparatur secundum quantitatem, et ex consequenti secundum substantiam, XXIV 253 B', 254 B', 258 D'. Ad locum comparatur corpus mediantibus dimensionibus suis, et necessario locum replet sibi æqualem, XXV 290 A', nec majorem aut minorem replere potest, nisi mutatis in eo dimensionibus, 290 B', vel per rarefactionem aut inspissationem, 290 C', vel per partium compenetrationem, *ibid.* — Locus locatum circumscribere dicitur in quantum ejus figuram in circuitu describit, XXIV 258 A; unde ei adsit potentia continendi, XXI 164 C, etiam spiritus, 163 D', et contenta servandi, XX 456 D. — Solis substantiis convenit esse in loco, XX 454 B, quia ipsis solis competit loco commensurari, determinari et præsentes esse, 454 A, sed multipliciter dicitur aliquid esse in loco, 433 C', 436 B, 437 A', 456 C', et aliter substantiæ corporales, aliter spirituales, 435 C', 436 B, 437 A', 451 B, 456 C'; in loco circumscriptive sunt corporalia, XX 441 C', 449 B', XXIV 256 A', definitive spiritualia, XX 441 C', 449 B', XXIV 256 C, transcendenter Deus, XX 441 C', 449 B'; a loco vero abstrahunt accidentalia, separata et interna, XX 454 A, esse videlicet et operationes immanentes, ut intellectio et volitio, XXI 172 C. — An idem sit esse ubique et in omni re, XX 446 B', C', esse ubique et in omni loco, 446 D'; quot modis accidat esse in aliquo, 436 B, in alio, 423 A', in Deo, 423 D'. — *Cf.* Ubi.

Non modo corporalibus deputatur locus, sed et spiritualibus, XX 436 B, quia cum corporalibus convenientiam habent, XXV 323 C', et unicuique juxta pondus, 314 B, id est in corporibus juxta levitatem et gravitatem, in spiritibus juxta lætitiam vel tristitiam, 308 C', merita et demerita, 323 D'. — Animabus ergo defunctorum assignatur locus, non quoad substantiam, sed quoad statum et operationem, XXV 326 B, et locus congruus dignitati et merito, 295 D', justis in superis, damnatis in inferis, 308 C', 314 C; imo quatuor deputari possunt loca, 325 D', 326 C, 327 B, B'. — Sed in loco sic continentur corporalia, ut ab eo circumdentur, XXI 171 C, illum repleant et adæquent, 171 D, habeantque partes et partium ordinationem, *ibid.*, sic continentur spiritualia, ut locum contineant et circumdent potius quam ab eo circumdentur, 171 A'. — An possibile sit plura corpora simul esse in eodem loco, XXIV 330 D', XXV 292 C', 293 C', vel econtra unum corpus in pluribus locis simul esse localiter, XXIV 330 D, 331 A', 332 A. — Secundum Thomam, locum replet corpus, non quia corpulentum, sed quia sensibile est, XXV 288 C', unde ut duo corpora sint in eodem loco, non sufficit ut ab eis auferatur id quo replent locum, id est materia, 288 D', quia dimensiones separatæ sine materia non replent locum, et tamen cum alio corpore in eodem loco esse nequeunt, 289 A; imo, quum ex hoc locum habeat corpus quod est sub quantitate dimensiva, 289 D, impossibile est duo corpora dimensa simul esse in eodem loco, 289 C, B', quin destruatur uniuscujusque esse distinctum, 289 C', et desinant esse duo, 289 D', nisi per modum miraculi, 289 B', operante divina virtute, quæ potest accidens servare sine subjecto, 290 A, 294 B, et innumera corpora simul in eodem loco ponere, 297 D, et sic accidit corpora gloriosa alia penetrare, 290 A, 292 C', 295 A. — At vero, secundum Petrum et Bonaventuram, duo corpora non posse esse simul et ibidem non venit ex hoc quod sunt duo, XXV 293 A, nec ex parte materiæ, formæ aut quantitatis, 292 A, sed ex grossitie aut corpulentia dumtaxat, quæ a subtilitatis dote tollitur, 292 A, 293 B, et sic duo corpora eumdem locum habe-

M

creaturis rationalibus dicitur malum pœnæ, 479A, malum operationis, quod in naturalibus agentibus dicitur peccatum, 478C', et in rationalibus culpa, 478D', malum fortunæ, quod ad malum naturæ reducitur, 478B', 479B'. — Item aliter est malum in intellectu, aliter in voluntate, XXII 520C', in intellectu sub ratione falsi, 522D', quum scilicet rem apprehendit aliter quam est, 521A, in voluntate sub ratione mali, 522D', quum fertur in rem malam, 520D', 523C. — Item aliud est malum in se, quod potest fieri bene, aliud malum secundum se, quod ex sua natura est malum et nunquam fieri potest bene, XX 643C'. — In rationalibus duo præcipue sunt mala, culpæ et pœnæ, XXI 242C, XXII 478B', 479B, ex quibus primum est in arbitrio tam ut in agente quam ut in recipiente, 285D, et malo pœnæ pejus est, quia et magis caret participatione bonitatis, 504B, et magis directe honori divino contrariatur, 504A'. — *Cf.* Culpa, Pœna.

Accidit omnia participare malum, præter unum, XIX 405C, id est Deum, XX 423B', quia bono universali nullum malum annexum esse potest, XXI 240A, in creaturis autem accidit, quia bono particulari contingit malum esse annexum, *ibid.* — Et quidem nulla creatura creari potest mala, quia cuncta opera Dei oportet esse bona, XXI 238B, D', 242C, et ordinata, 238B, alioqui ipsorum malitia in auctorem redundaret, 244B; item nulla naturaliter est mala, 240C, D, sed tendendo ad bonum particulare, per accidens ad malum aliquod particulare declinare potest, 240B, A'. — Malum naturæ in cœlestibus locum non habet, XX 499A', sed in generabilibus et corruptibilibus invenitur, *ibid.;* in paucioribus accidit malum quoad naturalia, XX 500D, et angelos, 500A', sed in pluribus quantum ad homines, *ibid.;* quantumcumque autem multiplicetur in mundo, bono nunquam prævalet nec prævalebit, XXI 361C', quia etsi bonum semper minuat, illud totaliter consumere nequit, 44A, alioqui se ipsum destrueret, 51D'.

In malo duo considerantur, res seu operatio deformationi subjecta, et deformitas ejus, XX 631B, seu natura et privatio, 631C'; et quoad primum tantum veritatem habet et est realiter, 631B, D, et potest appeti, 630D; imo nunquam appeteretur nisi bonum cui conjungitur magis videretur desiderabile quam bonum quo privatur, 630A'. — Similiter, quum malum causa alicujus esse nequeat nisi per accidens, XXI 44A, ad decorem universi non confert, XX 634A, 635A, 636D, 639B', nisi per accidens, in quantum alicui cooperatur quod de universi perfectione consistit, 635B, 636A', 639B'. Malum ergo ut sic non est appetibile, XX 630D, et mala fieri absolute loquendo non est bonum, 629C', 630D', 632B. — Sed quia mala sunt quædam, ut naturarum fallibilitas, XX 635D', et elementorum corruptibilitas, quibus majorem perfectionem acquirit mundus, 635A', C', et virtus rationem meriti et præmii, 634A, 638B, si mala fieri simpliciter non sit bonum, 630B, 638D', per accidens bonum est malum esse boni occasionem, 630A, et ob hoc alicui mala fieri, 631A, 632B. Tripliciter autem accidit ex malo fieri bonum, per modum causæ, casus et occasionis, XX 630B, 631A', quæ diversam habent ordinationem ad bonum, 632A. — Multis ergo de causis a Deo permittuntur mala, XX 498A, quia multipliciter ordinabilia sunt, 636A, et aliquo modo conducunt ad bonum universi, 499B', 501A', 502A, D, et sapientis est providentiæ quædam permittere mala, ne multa impediantur bona, 502A, 524B', 538C, 541A'. Nulla autem fieri permitteret Deus mala, XXI 348B', nec malos futuros fecisset, nisi bona inde eventura nosset, 352B, et nisi sciret et posset inde elicere bonum, XXII 219D, 248D.

Malum culpæ malum est et quoad sustinentem et quoad inferentem, XXI 242C,

rem, XXI 46 A, qui fidei contrariatur et rationi, 45C', omnipotentiam Dei coarctat et divinam circumscribit essentiam, 45D', qui falsa pietatis specie multos decepit simplices, 45C', 50A, e Pythagora videtur accepisse, 43 C', seu potius a diabolo, 46 A. — Multiplicia ejus deliramenta exponuntur, XXI 50 B, D'.

Manichæi, Manetis discipuli, duos ponebant deos, alterum lucis, auctorem bonorum, XX 499 A, cui subjecta sunt incorporalia, 444 C', alterum tenebrarum, auctorem malorum, 499A, quem corporeum dicebant, in regione tenebrosa et ignea habitantem, XXI 50B', qui fuit deus V. T., 153 A, a quo creata sunt omnia corporalia, XXV 61C', et appetitus sensibiles, XXIII 310D, et qui corporalibus dominatur, XX 444 C'. — Item duos docebant esse mundos, lucis nempe et tenebrarum, XXI 50B, 96D, et mundum a tenebris incepisse, 153A, dæmones esse naturaliter malos, 407B', animas humanas simul in principio factas in cœlo peccasse, et inde in corpora velut in carceres detrusas esse, XXII 140B', ubi peccata vitare non possunt, 356B'. — Christo non concedebant nisi phantasticum corpus, XXIII 78B'.

MANIFESTATIO. Non manifestans quandonam ad restitutionem teneatur, XXIV 398D'. *Cf.* Apparitio, Revelatio.

MANNA figura fuit Eucharistiæ, XXIV 208 D', 209A', C', D'.

MANSIONES in cœlo quosdam felicitatis gradus designant, sumpta metaphora ex motu locali, XXV 410D, et ex parte Beatorum sumuntur, 410B, ita ut electis una sit domus ex unitate objecti, seu divinæ essentiæ quæ videtur, multæ mansiones ex varietate subjectorum qui vident, 410A'. — Penes gradus caritatis distinguuntur, et quidem quoad principium propinquum, penes gradum caritatis patriæ, quæ dispositionem dat agentibus, XXV 410 B', quoad principium remotum, penes gradum caritatis viæ, quæ meritum dat actionibus, 410C'.

MANSUETUDO cur inter cardinales virtutes non numeretur, quum moderetur irascibilem, XXIII 523 D'.

MANUS organum est organorum in operando, sicut lingua in exprimendo, XXV 28A'. — Pedibus debiles manus firmissimas habere solent, et una manu infirmi altera amplius valent, XXI 404C'. — In manu Dei, scilicet in Verbo, continebantur omnes creaturæ, qua manu amoris clave aperta, omnes in esse prodierunt, XXI 32. — Per impositionem manus episcopi datur ordinandis plenitudo gratiæ, ideoque solis presbyteris et diaconis impertitur, XXV 27A'. — Quid sit munus a manu, XXV 49B, et quandonam in hoc committatur simonia, 49C.

MARCION, Sinopicus presbyter et hæresiarcha II[i] sæculi, ante Manichæos docuit dæmones esse malos naturaliter et a tenebrarum principe creatos, XXI 407B'. — Marcionitæ, hujus asseclæ, duo rerum prima principia admittebant, XXI 45C.

MARCUS, hæreticus II[i] sæculi, Valentini discipulus, suam de duobus contrariis principiis doctrinam a pristinis philosophis mutuatus est, XXI 45C. — Marciani, ejus sequaces, Christum corpus de cœlo attulisse asseverabant, XXIII 78 B',

MARE. Aqua ejus salsa est in superficie ex alteratione elementorum, sed in profundo dulcis, XXII 84D'; ad præsentiam lunæ excrescit, 96C', quia in directum lunæ ascendit, 97B', et motum ejus sequitur per gyrum terræ, 97C'; cur bis in die fluat et refluat, 97 D'. — Duo sunt maria præcipua, scilicet Magnum, quod ex Oceano ab occasu fluit ad meridiem, XXII 155B, et Mediterraneum, quod per mediam terram usque ad orientem diffunditur, 155B, C, et transit in Oceanum, 155D. Mare magnum totam ambit terram, XXII 150D', 155B, et cum omnibus fluminibus et particularibus maribus communicat, 85D', quia ex eo oriuntur maria et flumina universa, 152 C', et quidquid est aquæ super terram,

84D'. — Sub æquinoctiali circulo dicitur esse mare salsissimum et non commeabile, XXII 151D'. — Mystice mare est imago mundi, XIX 44. — *Cf.* Oceanus.

MARIA (S^a^) Ægyptiaca in solitudine per multos annos Eucharistia caruit, XXIV 340D'. In Vitis Patrum, lib. I.

MARIA (S^a^) Virgo, Mater Christi, de stirpe regali fuit ex patre, de sacerdotali ex matre, XXV 102B, et velut confinium inter utrumque Testamentum, 101A.

Conceptio. An originale peccatum incurrerit unquam, affirmant plerique, XXIII 90A', 97C, nam ante conceptionem sanctificari non potuit, 91C, quum nondum esset, 91C', nec in parentibus, *ibid.*, nec in conceptione, 91B', quia quod generatur in generatione necessario contrahit peccatum, *ibid.*, et conceptio ipsa sanctificari nequit, 92B, quum nullus simul et in eodem instanti esse possit in peccato et gratia, 97D'; nec quoad carnem sanctificari potuit ante animæ infusionem, 92D, quoniam caro non est gratiæ capax nisi per animam, 92A', 93B, nec ullo modo sanctificari potuit parentum gratia, 93C : manet ergo ut post animæ infusionem sanctificata sit, 91C'. — Potuisset quidem in ipsa animæ infusione ita sanctificari ut originalem non incurreret noxam, XXIII 94C, D, ipsam tenente, ne caderet, gratia Christi, 94B', sed communior, rationabilior et securior tenet sententia ipsam in originali fuisse conceptam, 94C', 95D, et ab eo in utero matris mundatam, incerto tempore, 95C, sed ante nativitatem, 92B', 95C', ante sextum mensem, 97C, et probabilius quam primum post animationem, 97A', 98A; nec refert quod de sterili, mediante Spiritu Sancto, concepta sit, quia inde non tollitur peccatum, 93A'. — Contra quam tamen opinionem tenet Cartusianus B. Virginem nunquam originali subjacuisse peccato, XXIII 98D, quia eam constat a multis generalibus legibus fuisse exemptam, 98B', et Dei Matrem quandoque diaboli fuisse filiam horribile est dictu, 98A', et piissimum Filium minime deceret, 98C'. — *Cf.* Conceptio.

Sanctitas. Sed quidquid sit, multo eminentius in utero sanctificata est quam B. Joannes Baptista, XXIV 130D. — Imo tripliciter sanctificata fuisse dicitur, XXIII 97B'; primo in utero matris, ubi a peccato originali quantum ad maculam et reatum purgata fuit, 95C', et, juxta quosdam, a fomite aut totaliter aut partim liberata, 92C', 93A, 95D', 96B; secundo in conceptione Filii, qua fomes penitus ab ea sublatus est, 92C', cum corruptione naturæ, 96C, 97B'; tertio ex inhabitatione Christi in ea, qua in bono perfectionis confirmata est, 97C'. — Quantum ad naturam et gratiam totum illud habuit quod recipere capax fuit rationalis creatura, XX 59B, C, propter quod dicitur gratia plena, XXIII 227C', et pro conditione melior esse non potuit, XX 575B', sed capacior creari potuisset, 576B, quia non secundum possibile absolute recepisse videtur, XXI 562A', B', sed quantum condecuit dumtaxat, 562C', et reapse ejus gratia multo minor est quam gratia Filii, XIX 570A, XXI 562B'. — Post Deum igitur omnes Sanctos antecellit, XX 595A', et ea resplenduit puritate qua major sub Deo nequit intelligi, 595D', quoniam divina maternitas quodammodo infinitam ipsi contulit dignitatem, 595D. — Juxta quosdam ex speciali privilegio confirmata est in gratia, XXII 212C, et soli inter Sanctos ipsi concessum est fomitem habere penitus exstinctum, 423D', 427B, D, et a concupiscentiæ corruptione liberari, XXIV 566D', et in S. Spiritus charismate adeo est firmata, ut a peccato quolibet immunis, originali et actuali, XX 596A, ne venialiter quidem peccare potuerit, 638B, XXIII 95C', 96C. At contra, juxta alios, in gratia minime confirmata est, XXIII 95A', et in ipsa mansit carnis fœditas, et ex consequenti carnis pœnali-

mentaris perfecte subjecta fuerit, XXIII 266C, 268A.

Cf. Deus *(Natura)*, Unio hypostatica.

In Spiritualibus. Angeli a corporali materia immunes sunt, XIX 403C, XXI 228 A'; an ab omni materia, etiam spirituali, valde controvertitur, 186 B. Quum ab omni fæculentia materiæ sint immunes, eminentius lucis nomine digni sunt, XXII 46B'. In loco sunt definitive, juxta quosdam, quando in exteriorem materiam operantur, XX 458 A'. *Cf.* Angelus *(Simplicitas)*.

Anima non ex materia et forma composita est, XIX 403B', nec e materia præexsistente oritur, XXII 140D', 197B, nec a materia dependet, XXI 115A', etsi quidam materiam quasi spiritualem in ea esse credant, XXII 434D'. *Cf.* Anima *(Simplicitas)*, Intellectus.

In Corporalibus. Juxta Platonem, materia unum est e mundi principiis, XX 393D. Deus autem secundum materiam et formam res efformat, XX 422C', 609 B, XXI 57B', 196C', XXII 115B, 116C. Ideo, creatura ex materiæ suppositione agente, creatio ad eam non pertinet, XXIII 268C. Creabile, non potentia materiæ, sed Creatoris dicitur, XX 578A, XXII 432B. — In mundo quædam ex materia corporea mutabili sunt, quædam ex materia immutabili, quædam non ex materia, XXII 26B. Mundum ex materia et forma præexsistentibus esse, formis in materia latentibus, alii dixerunt, XXI 45A', alii ex materia et forma primo separatis, postea conjunctis, *ibid.* — Augustinus res simul esse factas et distinctas docet, XXI 334D, secus Ambrosius ac Basilius, XXII 6B'; Augustinus vero nomine terræ et aquæ materiam primam intendit, XXII 7C, quem sequuntur Albertus, 8A, Udalricus, 9A, Thomas de Argentina, 13D. Bonaventura materiam prius sine forma esse aut cum forma inactuata potius admittit, 11C, et Richardus materiam solius cœli empyrei sub forma completa creatam esse tenet, 8C. In Genesi autem omnia corporalia ex informi materia esse prætendi videtur, XXII 38C'. — Perfectio mundi, juxta Philosophum, in eo est quod ex materia sua tota sit et nil sit de sua materia extra ipsum, XIX 234B, XXI 96B'. — *Cf.* Creatio. — Rationes seminales materiæ inditæ. *Vide* Ratio seminalis.

In homine « corpus » compositum designat, nisi ut pars sumatur, XXIII 363 B'; est quid de genere substantiæ, 373 A', de essentia hominis, contra Hugonem, 369B'. Animæ immediate unitur ut materia formæ, XXI 108B, XXII 134C, 416C, et ab ea juxta capacitatem suam perficitur, XXII 190D, utroque ad invicem proportionem habente, 226B, corpore vero plus de materia habente, XXI 110C. E materia et formis quatuor elementorum, juxta quosdam, compositum est, XXII 146C; juxta Alexandrum, non solum elementum est, sed et quinta essentia, XXIII 394A. Alii dicunt in eo esse quid fluens ex nova materia addita, et quid fixum in nova manens, XXII 397D; alii quid a parentibus decisum, et crescendo, integrum manere, 395 D', quod non valet, 396A; alii corpus ex parte materiæ fluere, ex parte vero formæ stare, 398A, quod a Bonaventura rejicitur, 401 C'; alii tandem animam materiam in veritatem naturæ convertere, XXII 399B'. Juxta quosdam tota materia a vitæ principio usque ad finem successive renovatur, 400C. — Non fuit in Adam materia omnium corporum, sed aliquanta in se aliam convertens naturam, XXII 403A', 404A, D, 405A, 408C, 410B. — Juxta Thomam, contra Hugonem ac Magistrum, corpus mulieris cum additione materiæ præexsistentis fuit formatum, XXII 162D. — Corpus mortuum idem est secundum materiam, XXIII 378D', quibusdam accidentibus, ob unitatem materiæ, manentibus, XXII 137D. — *Cf.* Corpus, Eva, Homo, Mulier.

In compositis materia habetur, XIX

397 A', multipliciter composita, vel cum forma tantum, 403 A, vel cum forma ac privatione, 403 B. — Alii omnia citra Deum materiam habere dixerunt, XXI 198 D, alii res corporales tantum, 197 A, alii diversam esse in diversis, *ibid.* — Materiam de quidditate rei materialis esse communiter affirmatur, XXI 233 B, 267 D', XXII 46 B, XXIII 212 C', contra Hugonem ac Magistrum, XXIII 372 A'. — Eamdem esse materiam in corporalibus ac cœlestibus docent Richardus, XXII 20 A, Thomas, 22 A, Albertus, 23 B, Petrus ac Durandus, *ibid.*, Alexander, 25 C; alii esse diversam, 18 A. Bonaventura vero utramque sententiam teneri posse putat, 17 D', sed materiam hic pro privatione ponit, 19 B, et cœlestium ac terrestrium materiæ identitatem ante rerum productionem tenet, 19 A'. — Juxta Empedoclem, completo motu cœli omnia in primam materiam redeunt, XXI 96 C. — *Cf.* Anima *(Animæ nobiles)*, Cœlum, Cœlestia, Influxus, Motus, Orbis.

Juxta quosdam, lux est qualitas solis minime cum materia participans, XXII 43 C, non corpus, quia aere obtenebrato, aliam formam materia ejus acciperet, 42 C. Juxta alios, lux est corpus, sed sine ulla materiæ tenebrositate, XXII 40 A; juxta alios, corpus est a sole secundum formam, a Creatore secundum materiam, 42 C', contra quod est quod Deus nunquam creat materiam sine forma, *ibid. Cf.* Lumen Lux, Sol.

In Generatione et mutationibus. Ex materia per contrariorum actionem fit generatio, XXI 64 B', quæ est terminus alterationis ejus, XX 446 D, ideoque eam præsupponit, XIX 424 D', XXI 54 A, in qua agens requiritur ad formæ inductionem, ac patiens qui materiam præbeat, XXII 200 A', et inter materiam et agentem proportio, XXIII 102 B'. — Quædam generant inducendo species suas in materiam, XIX 294 C, quædam per decisionem partis a sua materia, 294 D, quædam multiplicando formas in materia aliena, XX 265 A. — Semen humanum est materia naturaliter ad generationem ordinata, XXII 163 B', virtutem formativam continens ad convertendum materiam a matre ministratam, XXII 184 A, XXIII 111 A', sive quod hæc virtus in ipsa materia sit, XXIII 99 B', sive quod sit a materia simul ac forma, quod a Thoma rejicitur, 100 A. Ideo, si sola Eva peccasset, filii ejus peccatum non haberent, XXII 437 A; nam assimilatio in peccati corruptione non ex convenientia in materia oritur, sed ex ratione virtutis activæ, 409 D, nec fieret si quis de materia ex primo parente non traducta aut purgata generaretur, 394 A. — *Cf.* Generatio, Semen.

Materia in mutatione requiritur, XX 560 D', XXI 198 B', ut subjectum transmutationis a non esse in esse, XXI 194 C, imo et mutationis naturalis, XXIV 281 D'. — *Cf.* Mutatio.

In angelo et apparitione. Materia ab angelo assumpta, juxta quosdam, ex quatuor elementis est, XXI 448 C', juxta alios, ex aere inspissato aut ex aere et mixtis, *ibid.*, quæ non ut ad formam ei unitur, 442 D, et, apparitione peracta, juxta plures, in præjacentem materiam redigitur, XIX 575 B'. — Angeli formam inducere nequeunt, sed materiam præparare, XXI 421 B, 426 B', 444 D', 448 B, et ei fortiores naturæ virtutes subito applicare, 431 B, quæ, juxta plures, ad nutum illis obediunt, XX 467 B'. — Materia, quantum ad motum localem, ab angelis pendet, XXI 352 B, qui per eam possunt vel loqui, 450 C', vel generare, 452 B, imo cœlum movere, 164 C', et virtute corporum cœlestium agere, 422 D. — *Cf.* Angelus *(Officia)*, Apparitio.

Ante resurrectionem corpora in præjacentem materiam resolventur, XXV 252 B', an vero in materiæ pluralitatem, 244 D', an in fine sæculi, 250 A'. — Ignem conflagrationis in propria materia futurum esse generatim docetur, XXV 371 D', contra Scotum, 375 B, qui etiam,

si posterius, impossibilitas vel est de facto vel ex conditione servitutis, 140A; vel ex suscepto officio aut voto, vel ex bigamia, vel ex defectu proportionis ad certam personam, 140B.

Cf. Impedimentum.

Vis matrimonium tollit, si violenta est, XXV 93B, secus, si levis, *ibid.*, vel quoad forum conscientiæ si adsit consensus interior, XXIII 634 D, quod a quibusdam rejicitur, si metus gravis sit, 634A'. Ideo pater ad matrimonium cogere nequit, XXV 95A, sed in matrimonio spirituali, ad regimen Ecclesiæ suscipiendum quis cogi potest, 95B'. *Cf.* Vis.

Error impedit matrimonium qui defectum in cognitione vel in consensu causat, XXV 99B, vel circa personam cadit, XXIV 412A', XXV 99B', vel circa nobilitatem quum in errorem personæ redundat, 99B', vel circa conditionem, 99A', non tamen error servi qui contrahit cum ancilla quam liberam credit, aut vicissim, 155D', nec error hæretici circa ea quæ matrimonium sequuntur, 99D'. *Cf.* Error.

Impotentia matrimonium impedit, XXV 141D', quæ de causa naturali temporali aut perpetua, vel de extrinseca accidentali esse potest, 141A'. — Impotentia perpetua impedit ac dirimit, si antecedat, secus, si sequatur, 144C. — Frigiditas plus quam caliditas impedit, XXV 142B, si debitum impossibile sit, 142A'. Quibus vero copula possibilis est matrimonium in remedium conceditur, 142C. — De arctatione mulieris et complexionibus nimis distantibus, XXV 145 A'. — *Cf.* Impotentia.

Servitutis conditio, si ignoretur ac alius liber sit, impedit, XXV 154A. Servus cui dominus matrimonium permisit, debitum, invito domino, reddere potest, 154A', nec vendi potest, 154C'; sed ipse se in servum tradere quit, servatis juribus uxoris, 154D', nec a domini potestate subtrahitur, 155C'. *Cf.* Servitus.

Officium seu ordo sacer matrimonium impedit, XXV 158C, ex institutione Ecclesiæ, *ibid.;* quod non necessarium, sed conveniens est, 157B'; nec usus matrimonii apud orientales tollitur, 158 D; secus, apud occidentales, 158A'. — Ordines minores non impediunt nisi usum ordinis quum officium uxoratus exsequitur, 158B'. — *Cf.* Ordo.

Votum solenne impedit ac dirimit, XXV 170A, simplex vero solum impedit, *ibid.*, quo emisso, si contrahatur, consummare mortale est, 170D. — Matrimonio consummato, unus, altero consentiente, religionem ingredi potest, XXV 79C, sed, ante professionem, alter castitatem vovere debet, *ibid.;* ante vero copulam, unus, altero nolente, religionem ingredi potest, 78C, sed, juxta Henricum, vinculum manet, 85B. — *Cf.* Votum.

Matrimonium nequit esse nisi inter unum et unam, XXV 124A, 128A'. Pluralitas uxorum contra finem matrimonii secundarium est, 125B', perfectam ejus significationem tollit, 81D', in septem præcipue casibus, 84B, irregularitatem causat, 81D', quæ contrahitur quando una de jure habetur, alia de facto, 82A, et quum, matrimonio cum una consummato, cum alia, etiam non cognita, contrahitur, 81B'. — De consilio Dei plures uxores Patriarchæ duxerunt, XXV 124A'. — Corruptio carnis extra et ante matrimonium non defectum facit ex parte illius in quo est corruptio, sed alterius, XXV 82B'. — De concubinatu, XXV 127 A', et de secundi matrimonii imperfectione, 208A. — *Cf.* Bigamia, Concubinatus.

Disparitas cultus principali matrimonii bono opponitur, XXV 181A', matrimonium impedit ac dirimit, *ibid.;* fidelis cum hæretica contrahere potest, sed peccat, 182A, et, uno converso, tollitur obligatio debiti ac cohabitationis, 182A'; imo, infideli nolente sine blasphemia cohabitare, fidelis eam dimittere et

non directe minuta, quia venialia contra media sunt, 56A', etsi quædam contra finem esse possint, 62A; imo, juxta Scotum, veniale et mortale non ex eo quod circa finem aut media sint distinguuntur, XXII 234C. — Quædam virtutes per accessum ad medium perfectæ dicuntur, XXV 355C', medium scilicet inter extremas malitias in actionibus et passionibus, XXII 341A'; passio enim est contra medium rationis, XXV 135C. Virtus moralis circa media versatur, XXIII 523B', quam, juxta Stoicos, nemo nisi in summo habere potest quum medium sit indivisibile, 584B'; in nobis vero virtutem juxta medium esse sufficit, XXV 348D'. Virtus etiam intellectualis in medio sistit, XXIII 525B. — De appetitione tentationis ut medium, XXII 223D et s. De medio prudentiæ, XXIII 527C, justitiæ commutativæ, XXV 346 C'. De medio in actu procreationis, XXV 61C', in discretione, XXIV 339B'.

Baptismus Joannis medium tenet inter Veteris et Novæ legis sacramenta, XXIV 92B. — Aqua in Missa vino mixta aliquod medium cum vino non efficiat, XXIV 299 D. In consecratione verba « Mysterium fidei » medium exprimunt quo passionis effectus in alios traducitur, 225C.

Cf. Caritas, Fides, Spes, Virtus.

Varia. Materia est medium inter ens et non ens, XXII 30D'; genus, inter actum et potentiam, XIX 397C; agens, inter objecta et actionum terminos, 103 B; operatio, inter agentem et objectum, XX 322B'; habitus, inter potentiam et actum, XX 29A; actus voluntatis, inter actum rationis et exteriorem actum, XXII 477C'; dilectio, inter amantem et amatum, XXIII 469C; vita mixta, inter activam et contemplativam; consilium, inter præceptum et prohibitionem, XX 616A'. Nil vero medium videtur esse inter substantiam et accidens in creaturis, XIX 179D, inter distinctionem realem ac rationis, 408C, nec in relativis, XX 296A', nec, juxta Ægidium, inter absolutum et respectivum, XIX 471D', nec inter materiam et formam, XXII 181 B', 416C, nec inter gratiæ infusionem et remissionem culpæ, XXIV 452C, nec inter salvari et condemnari in adultis, XXII 265A.

MEMBRUM. — *Physice.* Juxta quosdam, quid de patris membris in generatione resolvitur, XXII 409A, quod est contra Philosophum, 407D', et Thomam, 409 B'; juxta alios, generatio fit ex superfluitate ultimi cibi, 409D', quod a Bonaventura refellitur, 403A. Quod ad nutritionem membrorum est necessarium, in coitu emittitur, 410 D, per cibum reparatur, 407A. Sed materiæ parte perdita, membri species non destruitur, 406B. — A Conditore membra principaliter disponuntur, XXII 435D', aqua non fluxibili agglutinantur, 50D. — De monstris duo corpora habentibus, XXIV 169 C'; de deformitate membrorum ex conceptione tempore menstruorum, XXV 117A', et de corruptione membri unius actione alterius, XXII 192D. — Sectio membri non nisi in ordine ad aliud appetitur, XXII 223B, matrimonium impedire potest, XXIV 93C, et restitutionem imponere, 401C, juxta membri necessitatem, 410B'. — Secundum antiquos doctores, membrum generationis in prævisione peccati datum fuit, XXII 201 D, in innocentia parturitio sola dilatatione membrorum facta esset, 204 A, et juxta Alexandrum, 205C', et Bonaventuram, 206B', pueri membrorum usum mox habuissent; quod ad quædam necessaria ab Alberto restringitur, 207 B'. — Membra quæ contra vitia pugnaverunt, juste resurgent, XXV 246B, non tota materialiter, 266D', sed specifice, 270A, cum ea humiditate quæ de substantia est, 268D'; nec inconveniens est ut quod de uno fuit de alio fiat, 267D. — Membra a nativitate carentia tunc accipientur, XXV 274B, amputata ante pœnitentiam recuperabuntur, 268B', de-

N

et s., 325B', 327D, B' et s., XX 613A', XXIII 296A, D, 297C, A', 299D', 352A', B', 354A', XXIV 135A, 428B, XXV 165 B', et de quadruplici causa oritur, XXIII 296A et s. — Scientia est de necessariis et incommutabilibus, XIX 58B, XX 485 B, vel saltem de his quæ habent quamdam necessitatem, XIX 67 A, D, XX 479 D'. — Non est dicendum ut vult Avicenna, quod naturalium causarum concursus sit ex necessitate, ut omnes effectus naturales de necessitate proveniant, XXI 416A', C'.

Necessitas logica in propositionibus. *Vide* Propositio. — Necessitas quoad gratiam recipiendam, quoad excusationem a servatione præcepti vel voti. *Vide* Gratia, Præceptum, Votum.

In Deo. Quia Deum esse omnino necesse est, Deo impossibile est aliquid esse compar, XIX 148A. — Communicatio in divinis quæ est ad intra, sicut generatio Verbi, XIX 326B et s., 327A', ex necessitate naturæ divinæ oritur, XX 80B, quia in omni quod non includit imperfectionem, necessitas perfectior est conditio quam contingentia, XIX 185 A; et hæc necessitas, secundum quam Deus intelligit se et omnia, amat se, et spirat, 443D, 444C et s., XX 496D, vocatur necessitas immutabilitatis, XIX 327D', 443C', D', XXIII 296D, 352B', 354B', nec ullatenus repugnat divinis relationibus, XIX 169A'. Sed rerum quæ sunt ad extra, volitio, XX 495C, C', 496 A', 613A', creatio, 496A', vel productio, non sunt ex necessitate naturæ divinæ, 583A et s., 609A' et s., XXIII 354B', quia talis necessitas læderet perfectionem libertatis et independentiæ divinæ, XIX 383D', contradicentibus Aristotele, 382 D', et Avicenna, 385D, utroque tamen recte docente (negante Henrico, 385B, C, sed hoc contra omnes, 385C',) creaturas, nulla excepta, a Deo non tantum dependenter, sed vere causative et creative profluxisse, et ex se non esse, 385 D, B', C'. — Deus contingentia infallibiliter cognoscit, XX 478D', 479A et s., quoniam virtus causæ primæ in causis secundis recipitur secundum modum illarum, 480A, id est, infallibiliter et necessario in causis secundis necessariis, infallibiliter et contingenter in contingentibus, 480B, et quoniam divina cognitio transit super contingentia futura sicut visus noster super ipsa præsentia, 481C, D, 483C', D' et s. — *Cf.* Deus, *(Scientia, Actio.)*

Necessitas patiendi in Christo. *Vide* Christus. — Necessitas scientiæ Dei quoad nos. *Vide* Theologia.

NECROMANTIA. Studere necromantiæ prohibitum est, non quia malum est, sed quia mali occasio, XXII 521D'.

NEGATIO. An negatio faciat aliquid innotescere, XX 264A', vel possit esse principium distinguendi, 269D', 270C. — Alia est negatio de primis, alia de posterioribus, XX 264B et s., alia in genere, alia extra genus, 264A'. Quo specialior est affirmatio, eo communior est opposita negatio, XX 226A'. — Negatio differt a privatione, quia non præsupponit subjectum, XXII 475D'. — Negationes entium aliquo modo pertinent ad ens, XX 268C, D, et sicut privationes dici possunt res rationis, 631C, D., in quantum apprehenduntur a ratione per suas affirmationes, 271B', et reducuntur ad idem genus cum oppositis affirmationibus suis, per quas habent esse et cognosci, 146B', 271D', XXI 58B, XXII 467D'.

Verba a divino Dionysio mystica appellata, sicut ens, bonum, vita, etc..., de Deo, sub diverso respectu, negari vel affirmari possunt, XX 136D et s. Affirmationes tamen in Deo sunt impropriæ, negationes tantum sunt propriæ, XX 136B', 138A et s,; et in hac vita verius divina nobis innotescunt per negativa, 270A, quorum ratio supra affirmativorum rationem fundatur, 146B', et remotionem alicujus imperfectionis importat, XIX 322C', XX 147B'.

NEGOTIATIO diebus dominicis prohibita

O

extenderetur ritus christianus, 30 D', 31 B, B', 32 A, B. Ideo plus quam alia sacramenta illud sacramentum dividitur, XXV 23 D', et varii ordines sunt partes totius potestativi, 24 A. Omnes uno modo sacri sunt, quia sacramenta, XXV 25 D, A', sed præcipue sacri dicuntur tres ultimi, qui actum circa Eucharistiam habent, et quibus imponitur continentia, 25 A', C'; et quoad hos ordines, quo quis minister Christum secundum majorem perfectionem repræsentat, eo major est ordo, 31 B', et quo major, tanto rarior, 31 B. — Quum omnis ordo ad Eucharistiam ordinetur, nullus est ordo supra sacerdotium, XXV 30 B, D, A'; episcopatus tamen ordo dici potest, sed ratione officii potius quam sacramenti, 30 D. — Ordo sacramentum est maximum, ratione perfectionis et dignitatis, XXIV 91 D, 185 D, 196 A', et dignissimum post Eucharistiam, 185 A'. Hominem perficit reddendo idoneum ad dispensationem sacramentorum, XXIV 81 A', et prudentiæ correspondet, 82 D, 85 B; ordinat contra avaritiam, 84 C', et ignorantiam, 82 A'. — Characterem imprimunt, XXIV 176 B, 192 A', 193 C, D, A', 196 A', non modo sacerdotium et alii duo majores ordines, XXV 15 C', sed omnes ordines, 15 D', 16 B', quia quilibet actum aliquem habet circa sacramentum Eucharistiæ, 15 D', 16 A, propter quod nunquam reiterantur, et in his qui ad laicum statum redeunt, permanent, 15 D', 16 C', adde 17 A', 28 C, D', 29 B, C. — Requirit Ordo characterem Baptismi ad validitatem, XXV 16 A, B, et ad congruitatem tantum Confirmationis characterem, XXIV 192 C', XXV 16 C; nec ad ordinis superioris validitatem requiritur character ordinum inferiorum, XXV 16 C, quia non sunt gradus in eadem actione, sed in rebus diversis, 16 A'; imo characteres septem, specifice distincti, numerantur pro septem ordinibus, 17 B, ideo per saltum ordinati non reordinantur, sed quod omissum fuit suppletur, 16 D, A'. *Cf.* Character. — In omnibus ordinibus fit porrectio instrumenti cum expressione verborum, XXV 28 D, et in ordinibus sacris, quia excellentem conferunt potestatem, fit præterea manuum impositio, 28 B'.

In Ordine duplex confertur donum, aliud gratiæ gratis datæ, quod est potestas clavium, aliud gratiæ gratum facientis, XXIV 527 C, XXV 15 A', 17 C, quæ influens in potentias facit beatitudines, XXIV 195 D. — In receptione et usu cujuslibet ordinis requiritur gratia, XXV 15 B', bonitas vitæ, non quæcumque, sed excellens, 15 B', sanctitas vitæ de necessitate præcepti, 18 D, 20 C, et scientia sufficiens ad ordinis exercitium, 18 D' et s., 20 B', de quibus inquisitionem facere debet episcopus, 19 B'. Minor tamen scientia requiritur in his qui tantummodo ordinantur ad celebrandum, ut religiosi, XXV 19 D, A', 20 B', major in his qui curam animarum suscipiunt, 19 C, 20 B', maxima in episcopis, 19 D. Igitur promovens indignos aut ignaros graviter peccat, XXV 19 D, A', 20 C', 21 A, nec valent excusationes consuetæ, 20 D'; et indignus, etiam minister inferioris ordinis, 18 C', graviter peccat ordinem recipiens in mortali, 18 D, 20 C, licet valide ordinetur, 18 A', sicut taliter permanens, graviter peccat toties quoties sine necessitate administrat ordinem suum, 18 B', 19 B', 20 A, C, 21 B, C, sed ut non peccet, sufficit ut peccati mortalis non sit conscius, et probabiliter confidat se esse in gratia, 20 D.

Ordinum collatio, propter dignitatem, XXIV 196 B, D, pertinet ad episcopum, XXV 41 A, D', 43 B, penes quem principaliter residet, secundum Thomam, efficacia hujus sacramenti, 10 B, C, addente Cartusiano : instrumentaliter tantum, 10 B', C'. Ex concessione autem Papæ, potest simplex sacerdos minores ordines ministrare, XXV 41 C. — Ordines omnes valide conferunt hæretici, XXV 40 B, suspensi, excommunicati, 40 A',

P

quo casu a collegio cardinalium vel a generali concilio officio privari posset, XXIV 519 B'. Quamvis res Ecclesiæ sint ipsius, non tamen ut domini principalis, ideo simoniam committeret si eas pro temporalibus daret, XXV 49 D.

Quoad alios simul sumptos. Papa solus plenitudinem habet potestatis quoad corpus Christi mysticum, XXIV 196 D', ideo dicitur proprius parochus omnium Christianorum, 479 B', qui illi præ aliis obedire tenentur, sive religiosi sint, sive alii, XXII 590 C, 591 B, C, A', unde quod dicit per modum declarationis juris, si bullatum est, ad omnes se extendit, XXIV 480 D. — *Divisim sumptos.* Papa est supra generale concilium, XXIV 480 A', et illius est concilia congregare et firmare, XIX 464 A. — Quoad sacerdotium, æqualis est ceteris sacerdotibus, quoad potestatem episcopalem, æqualis est episcopis ceteris, XXV 42 D, ideo a simplici episcopo consecrari potest, 32 D. — Quoad jurisdictionem universalem, universis est altior ejus potestas, XXV 42 A', quæ, ex hoc capite, sacerdotalem excedit ut potestas alterius generis, episcopalem autem ut potestas ejusdem generis, 32 D. — Contra Papæ determinationem, nullus doctor suam positionem defendere debet, XXV 51 D'. — Terrenum principatum a quocumque auferre potest, non autem episcopalem potestatem, XXV 43 A. — Quum fons sit totius jurisdictionis, XXIV 479 D', quilibet Christianus qui vel ipsi vel ab eo delegatis confitetur, non tenetur eodem anno suo curato inferiori confiteri, 480 A'; pœnitentiarii enim Papæ principaliores sunt etiam episcopis, 478 B'. — Cuicumque valet præcipere quod spirituale connubium, id est episcopatum, accipiat, non autem corporale, id est matrimonium, XXV 95 A', B'.

Quoad fidem et mores. Symbolo addere potest, XIX 464 D, sed articulos fidei mutare vel nova sacramenta instituere aut jam instituta removere nequit, XXIV 470 C. — Item, quoad dispensationes, quia in ipso residet plenitudo potestatis, XXV 172 D', dispensare potest per modum declarationis juris, 171 D, 174 A', et etiam, juxta quosdam, per modum relaxationis juris, 174 D, circa omnia præcepta Ecclesiæ, XXIV 470 D, et Patrum constitutiones, 528 A, non autem circa mandata Decalogi, *ibid.*, nec in his quæ statum Ecclesiæ decolorant et quæ jus videntur infringere, 528 B, neque circa receptionem Baptismi aut Pœnitentiæ, 470 C, D. Juxta omnes, dispensare semper potest in omni voto quod recipit aliquo modo recompensationem boni melioris, XXV 174 B, et juxta Thomam et alios, dispensare valet, positis ponendis, in omnibus votis, 171 B, 174 C', etiam in voto solenni continentiæ, 171 C', 172 A, 174 B, C', 175 A, C, et in votis religionis, 172 A', 174 D'. *Cf.* Dispensatio, Votum. — Item, ipsius est designare gradus consanguinitatis ad legitimum matrimonium, XXV 189 B'. — Ut caput Ecclesiæ, thesauris ejus præpositus, et plenitudinem habens potestatis, Papa potest, prout vult, plenas et universales indulgentias concedere, XXIV 555 B, B', 556 D, A', 557 D, 558 A.

PAPIAS, Hierapolitanus antistes in Phrygia (circa 150), in rudem ac vilem millenariorum prolapsus est errorem, imaginantium quod post resurrectionem Sancti per mille annos carnalibus voluptatibus abundabunt, XXV 272 D'. Allegatur de definitione reverentiæ, XXIII 564 A, et de sensu verbi tenere, XXV 436 C'.

PARADISUS, in Scriptura, interdum pro quocumque loco amæno sumitur, XXII 153 B', vel loco deliciarum, et si duplex est, cœlestis et terrestris, 153 C, quanquam, latiori sensu, multa dicantur paradisi, sicut sacra Scriptura, XIX 40, altissima contemplatio, XXII 151 B, 153 A', distinctione etiam facta in paradiso cœlesti inter paradisum interiorem seu visionem beatificam, et exteriorem seu empyreum, 153 D, XXIII 387 B'.

Paradisus terrestris nec omnino spiritualiter, nec omnino corporaliter, sed utroque modo accipiendus videtur, XXII 151A. — Corporeus est locus, XXII 152 A', imo regio latissima, 156D', ad minus ut Ægyptus et India, 157B, pulcherrima valde, 152C, 158A, et temperatissima, 153B. — Quum adiri nequeat, non cognoscitur nisi per revelationem, XXII 152B', aut ex narratione priorum parentum, 156D'; sed ad orientem dicitur situs, 155A', B', in confine orientali Oceani et Mediterranei, 155A, seu in angulo orientali terræ habitabilis, 155B, 157C, sub circulo æquinoctiali, 153A, 156A, B, D, vel ultra circulum æquinoctialem, 151C', in zona torrida, 154A, circa fontes Nili, 152A, A', a regione nostra longo tractu relegatus, 151C', et inaccessibilis, 152B', vel ob mare quoddam salsissimum et incommeabile, 151 D', vel ob zonam torridam, 152C, et ibi nulla erant animalia, 152C, A'. — Ad paradisum perveniet ignis judicii, XXII 154B, sed non pervenerunt aquæ diluvii, 151C, 154B, quia in monte altissimo situs, 156D, B', ipso Olympo altiore, 151 C; infimam et mediam aeris regionem transcendere dicitur, et usque ad supremam pervenire, 153C', 154D, 156A', negantibus tamen qnibusdam, 154D, 155 C', 157B; imo usque ad sphæram lunæ pertingere perhibetur, 150B', 151D, 154 A, saltem qualitate, quia quietis est locus et incorruptionis, 141D, et tamen habitabilis est ob temperiem, 151C, quia nimius calor ab aeris subtilitate et puritate temperatur, 153D', et a situs altitudine, 154A, 155D. — In statu innocentiæ paradisus conveniebat homini, XXII 157 D, ut in eo positus illum custodiret, et hic operaretur, 152B', exspectando in loco amœno patriam, 154C', 158A; primus tamen homo factus est extra paradisum, 153B, 154D', 155A, mulier vero in paradiso, 153C, et ex illo innocentiæ loco juste ambo ejecti sunt post peccatum, 370C', D', 371B', D', cum spe tamen redemptionis, 371A, B. — Ibi fuisset status matrimonii, XXII 199A, 200A, 201C, sed sine ulla voluptate inordinata, 201A', et etiam cum integritate virginali, 199C', 201A', et sine ulla distinctione virginum, conjugatorum et viduarum, 199C; ibi enim matrimonium fuisset in præcepto et ad officium, non in remedium, 199A, C, et continentiæ locus non fuisset, quanquam matrimonio, multiplici ratione, primi parentes in paradiso non sint usi, 201C'. — Item, pueri ibi nati fuissent sine defectibus ex peccato sequentibus, XXII 205A' et s., 206C', D'; attamen paulatim tantum, secundum naturam, crevissent, 205C' et s., 207A, tam quoad mentem quam quoad corpus, 207A', C' et s. — Item, ibi superfluitates non fuissent attestantes naturæ defectus, sed illæ tantum quæ ejus perfectionem ostendunt, XXII 198B', 200C, D'. — Paradisus terrestris, etsi in illo peccaverit homo, nec aqua diluvii purgatus est, nec igne conflagrationis extremæ purgabitur, XXV 373B'.

Paradisus cœlestis, seu cœlum empyreum, locus est perpetuarum deliciarum, XXII 153D, etiam corporalium, non tamen carnalium, ut fingunt Sarraceni, 153A', XXV 273A, B, 275C, D, C', 446A. An sit in cœlo aqueo disputatnr, XXII 56B', 57A. — Paradisus autem internus, seu visio beatifica, est visio Dei per speciem, XXIII 344A, XXV 414C et s., et ibi una est domus, ob unitatem objecti, seu divinæ essentiæ quæ videtur, sed multæ sunt mansiones ob videntium varietatem, 410A'. — Sicut paradisi terrestris, ita et cœlestis, Adæ peccatori clausa est janua, XXIII 344A, quam cœlestem januam, post passionem tantum, 330B, C, 340C', Christus solus aperire potuit hominibus, 329B', 330C, et de facto aperuit, 343D', 394A', omnibus quoad sufficientiam, electis tantum quoad efficientiam, 344D' : etenim per Christi passionem liberati sumus a diabolo, 340C', et a delictis nostris, 343D',

Christi passionem humanum genus redimi potuerit, 275 A', 276 A. Unde a Patre fuit volita, et item (voluntate deliberativa) a B. Virgine et Sanctis, tanquam salvativa hominum, sed ab impiis, tanquam afflictiva innocentis, 654 B', 656 C', D', 657 C. — Christo passio sua tria meruit : accelerationem gloriosæ resurrectionis, clarificationem sui nominis per mundum, et judicariam potestatem, XXIII 322 B, C, 327 B; et nobis meruit vitam æternam habendam, 322 A, 329 B', C', quod meritum tamen non transit nisi in spiritualiter renatos ex ipso per Baptismum, 276 A. — Passio Christi universa delevit peccata, XXIII 339 B', 340 D, multipliciter, 342 C, 343 A, et gratiam meruit, 339 D' et s., 343 B, omnibus quantum ad sufficientiam, 340 B', quantum ad efficientiam his qui Christo per fidem uniuntur et caritatem, 340 B, B', 342 B', per compassionem et imitationem, 342 C; chirographum decreti delevit, 344 A', nos reconcilians Deo, 347 A', D'. Paradisi cœlestis januam reseravit, XXIII 340 C', 343 D', omnibus sufficienter, electis efficienter, 344 D', et impedimentum naturæ ab ingressu cœlesti removit patribus, jam personaliter justificatis, 327 C', D', 340 B'. Diaboli regnum quoad universum genus humanum destruxit, XXIII 340 D', aut minuit, 343 B', D', hominem a potestate ejus liberando, 342 C', D', 347 D, et potestatem ejus debilitavit, 341 A, 343 B', manum ejus attractivam amputando, manum impellentem infirmando, 344 B', C'. — Passio Christi immediate abstulit impedimentum ex originali peccato proveniens, XXIII 388 B'; pœnam autem æternam originali debitam abstulit sufficienter vel efficienter, 341 B, C, 348 B', item pœnam æternam mortalibus actualibus debitam, præbendo auxilia et medicamenta, 341 C; pœnam vero actuali debitam non aufert, nisi in quantum animabus applicatur, 388 B', sive sacramentaliter, sive merito caritatis et imitationis, 388 C'. — Pœnas temporales humanæ naturæ ex originali adhærentes abstulit, nunc quantum ad sufficientiam, XXIII 341 D, A', D', post diem judicii quantum ad efficientiam, 341 B'; pœnas autem temporales actualibus peccatis debitas abstulit aut minuit, omnibus sufficienter, 341 C', efficienter his qui participes fiunt passionis per Baptismum, *ibid.*, aut opera pœnitentiæ, 341 D'; pœnas vero medicinales nec abstulit nec minuit in præsenti, 341 A', sed post mortem tollet, 341 B'. — Quæ omnia hoc uno verbo recapitulantur, quod per passionem Christi liberati sumus a servitute peccati et a reatu pœnæ, XXIII 348 B'.

Sola passio Christi Trinitati offerre potuit gratius obsequium quam fuerit displicens offensa, XXIV 88 D', et in hac patuit maxima justitia et misericordia Trinitatis, 89 B, et maxima misericordia et justitia ipsius Christi, 89 A, C, ex maxima abundantia in illo donorum Spiritus Sancti, XXIII 540 B, 549 B. — Passio Christi causa universalis meritoria est virtutis et gratiæ quæ per septem sacramenta effunduntur, XXIV 87 D'; ex illa enim omnia sacramenta, tam veteris quam novæ legis, suam sortita sunt efficaciam, 70 B', 88 D, 89 D' et s., 469 A', sed sacramenta V. L. ad significandam tantum justitiam, sacramenta N. L. ad efficiendam, 66 B, C, 70 B, C', quia plus impetrat causa exhibita quam promissa tantum, XXIII 644 D, A', XXIV 88 D. — Et ita passio Christi omnibus profuit hominibus, quia olim fecit futura quæ nunc facit completa, XXIV 211 B', et sicut nos per fidem Christi passi, ita Patriarchæ per fidem Christi passuri, 86 C', virtutem passionis sibi copulabant, 66 A, 85 B', et justificabantur, 66 C.

Quomodo colenda et condolenda sit. Christus voluit B. V. suæ passioni vehementissime condolere, non carnaliter, sicut forsan condoluerunt Apostoli, sed caritative, XX 662 B, B', quatenus copiosissime mereretur sibi ipsi conglorifica-

quorum prius est ex parte nostra conversio, 503 A'; sic et duplex ille consequitur effectus, indignatio Dei, et debitum pœnæ, 503 A, sed prius remittitur peccatum quoad indignationem Dei quam quoad debitum pœnæ, 503 A'.

Peccatum contrarium Deo dicitur non in propria forma, XXIV 478 B, nec propria virtute, quia opus Dei impedire aut perturbare nequit, 478 C, sed quia peccantem contrarium facit Deo, 478 D; et in quantum malum Dei, est quodammodo infinitum, et ad illud expiandum requiritur gratia, quæ est quodammodo infinita, et simul actio hominis, quæ est finita, quia, in quantum malum peccantis, XXIII 33 A, 34 D', sive angeli sive hominis, est finitum, XXI 374 A; unde peccatum diaboli nullo modo excedit in infinitum peccatum hominis, 373 D', quanquam generatim gravius peccaverint dæmones quam homines, 350 A, A', 351 A, 362 B, A'.

Per se, eo gravius est peccatum quo id contra quod peccatur est dignius, per accidens gravius est quod ex circumstantiis minus est excusabile, XXII 239 C, D. Diverso enim respectu unum peccatum dici potest gravius vel levius alio, XX 229 C, 230 B', 453 A, 578 A, XXIII 65 A, sed illud simpliciter est gravius, quod secundum plura et potiora specifice est gravius, XXII 229 D, 230 C'; item vario modo dici potest omnium gravissimum, 228 C', et sic gravissima dicuntur peccata Luciferi, Adæ et occisorum Christi, 228 D'. Peccato vero tantum inest gravitatis quantum et contemptus Dei, XXIV 238 B, et in graviori semper est major elatio, etsi non semper major delectatio, 540 A : ideo ex parte contemnentis magis peccat qui magis contemnit, 238 B, ex parte contempti graviora sunt peccata in quibus contemnitur Deus in se ipso, ut infidelitas, blasphemia, 238 C, A', deinde in quibus contemnitur in sacramentis, deinde in membris suis, demum in præceptis, 238 A', et graviora sunt quæ in divinitatem quam quæ in humanitatem Christi committuntur, 239 D; item spiritualia ex genere sunt carnalibus graviora, sed carnalia magis deprimunt mentem, 239 A.

(b) *Divisiones. Multiplicatio quoad numerum et speciem. Reviviscentia.* Peccatum multipliciter dividitur, XXII 562 A', maxime per originale, et actuale, sive mortale sive veniale, et per peccata oris, cordis et operis, 660 B, quæ omnia connexa sunt, saltem quoad aversionem a Deo, XXIII 586 D, 589 D'.

Quoad numerum, actus exterior quandoque unum est formaliter peccatum cum actu interiori a quo procedit, XXII 558 C', 559 C, B', etsi sint plura peccata materialiter, 558 B', 559 A', B', 560 C; quandoque aliud constituit peccatum, 559 A, A', et generaliter tot sunt peccata quot voluntatis actus, 559 D'. Illud peccatum dicitur unum, in quo unus est actus, una deformitas, unum movens, XXII 231 D', multiplex, in quo licet unus sit actus, sunt plures deformitates et plura moventia, 232 A. — Quoad speciem autem, quum in eodem peccato accidunt plures deformitates, a principaliori accipit speciem, XXII 229 C', ad quam ceteræ ordinantur, 229 D', et sicut actus per hoc formaliter est peccatum quod caret ordine rationis, ita per hoc formaliter est in specie peccati quod caret aliquo speciali ordine rationis, XXIV 437 D; quot ergo in actu sunt deformitates quæ non sunt ad invicem determinativæ, tot sunt peccata, 438 D.

Peccata semel dimissa nec numero nec specie unquam redire tenet communis sententia, XXIV 578 D, 579 D, C', nec etiam quoad maculam aut reatum, contra paucos, 579 A', D', 580 C, sed redire dicuntur in recidivis quoad effectum, quia peccatum sequens speciem ingratitudinis acquirit, 578 B', 580 D, 582 C, et gravius est, 578 A', 579 B', 582 C'; non tamen redeunt semel dimissa, juxta Thomam et alios communiter, 581 C', contra

tum ex certa malitia commissum, 577 B. — Iterum, prout illud peccatum dicit conditionem super genus peccati, est quodcumque peccatum mortale ex certa malitia commissum, XXII 575 D'; prout dicit quoddam genus peccati, specialia designat peccata, 228 C, 574 A', 577 D, quæ sex vulgo designantur, 574 B', 577 D', et quasi semper aut frequentius ex aliis oriuntur, 575 A, 576 A', 578 C, B', D'. — Non tamen omne peccatum ex certa malitia est in Spiritum Sanctum, XXII 577 C, A', sed istud tantum in quo voluntas rejicit illud per quod a peccato retrahi posset, 577 C, A'; nec semper peccatum in Spiritum Sanctum est peccatum ad mortem aut vice versa, 574 D. — A ceteris peccatis tripliciter differt, 576 A. et gravissimum est, 576 B, 578 B, quin tamen feratur in malum in quantum malum, 579 C, et nullam excusationem habet, 576 B, quia est ex certa malitia, 576 C, 579 B, imo duplex est, et duplicem habens reatum, 577 A', et quanquam absolute remissibile sit, 575 B', 577 D', variis de causis dicitur irremissibile, 577 B', quia gratiæ pœnitentiali directe opponitur, 575 A', et difficile remittitur, 576 D.

(4) *Quoad subjectum, causas et effectus.* (a) *De iis qui peccare possunt.* In Deo peccatum accidere nequit, quum ipse sit sibi et regula actuum, XXI 305 D', et ultimus finis, 306 C'; sed quælibet creatura ex se peccare potest, 305 C', quia regitur regula extranea, a qua deviare potest, 305 D', et eligere bonum apparens pro vero, 306 B, sive bonum verum absque ordine regulæ debitæ, 306 C, sicque in quacumque voluntate potest esse peccatum, non quidem appetendo proprium bonum, 306 D', sed non referendo ad ultimum finem, 307 A. — Quum autem peccatum actuale sit privatio boni jam habiti, creatura peccare nequit peccato originali, quod est privatio boni nunquam habiti, XXII 432 A, A'. — In spiritualibus substantiis peccatum accidit per idololatriam qua se coli volunt cultu soli Deo debito, XXI 304 A, A', 305 A, C, C', 306 A, B', 313 B, et secundum reatum universa peccata in dæmonibus esse possunt, secundum affectum autem illa tantum quæ in substantiis spiritualibus inveniri possunt, 308 C'. — Triplex est circa peccatum status hominis; innocentiæ, in quo potuit peccare et non peccare, 193 B, naturæ lapsæ, in quo non potest non peccare, 193 B, saltem venialiter, 211 C', gloriæ, in quo non poterit peccare, 193 B. — In statu innocentiæ poterat arbitrium ob rectitudinem naturæ sine gratia gratificante vitare peccata, XXII 269 C', tam mortalia quam venialia, 270 A; in statu naturæ lapsæ non potest omnia peccata vitare, nec vere pœnitere et a peccatis resurgere, 269 B. — Homo dupliciter peccare potest, voluntatem Dei voluntarie ignorando, et transgrediendo, XXI 395 A, ideo ex quo incipit capax esse præcepti, capax est peccati, *ibid.*, quæ peccandi potestas non est laudabilis, XXIII 219 C, nec fuit in Christo, 218 B', 219 A', 220 B, C, A', C'.

(b) *De causis peccati.* Peccatum, in quantum actus, a Deo est, XXII 497 A', 498 B, B', 499 D, 500 C, C', et a voluntate secundum quod est potentia a Deo descendens, 497 B', et a libero arbitrio conjuncto cum Deo, 497 C'; in quantum actus malus, nullo modo a Deo est, 500 A, XX 486 C', XXIII 219 D, 220 B', D', nisi permissive, XXII 498 A, sed est a voluntate deficiente, 497 B', 499 B', 500 D, 501 B, 502 C', et a libero arbitrio discontinuato a Deo, 497 C'. Quia enim in peccato sunt duo, actus scilicet et deformitas, XXII 582 B, potentia peccandi in quantum respicit actum, est potentia, in quantum respicit deformitatem, non est nisi defectus potentiæ, 582 A, B, 583 A; et in quantum potentia, est a Deo, 582 A, B, 583 A, in quantum defectus, non est a Deo, nec directe nec indirecte, 582 A', sed a causa deficiente, 582 A, D

id est ex conditione creaturæ, 582D, B', 583A. — In homine tria sunt principia peccandi, vis cognoscitiva ut dirigens, appetitiva ut imperans, motiva ut exsequens, XXIV 601A', et est dupliciter homo causa peccati, sive proprii sive alieni, directe, inclinando ad peccandum, indirecte, non retrahendo a peccato, XXII 500A. — Item, duplici modo contingit peccatum, quia vel actus non est fini proportionatus, ut in malis ex se, vel inordinate refertur ad finem, ut in malis per accidens, XXIV 435B', sicut triplici modo contingit peccare, ex passione, ex certa scientia vel malitia, XXI 374D', et ex ignorantia, 375C, XXII 240 C', 287B'. — Radix peccati est libido seu cupiditas implendi desiderium pravum, XXII 227D', XXV 21D, quod fit dupliciter, per amorem male inflammantem, et timorem male humiliantem, XXII 228A, XXV 21A', 23D.

(c) *De effectibus peccati.* Gratiam gratificantem peccatum penitus corrumpit, XXII 471A, et habilitatem ad gratiam minuit, 471A', quin tamen eam tollat, 471D, A'; naturam autem non tollit nec minuit, 471A, nec potentias animæ et naturales perfectiones quoad esse primum corrumpit, 472D, A', sed quoad esse secundum seu actum, 472A', et ita, non modo tollit rectitudinem justitiæ, sed vigorem naturæ debilitat, XXIII 543 A'. — Peccatum in se tria continet, culpam, divinæ visionis carentiam, fomitis intensionem, XXIV 67D, et tria relinquit in anima, maculam, reatum pœnæ, dispositionem ad peccandum, quorum duo prima remittuntur in sacramento, tertium remanet, XXII 425B.

(5) *Quoad pœnam et remissionem.* In peccato, et etiam, saltem apud Deum, in sola voluntate peccandi, XXV 45B', est reatus seu obligatio ad pœnam, XXII 560C', nec compensari potest deordinatio peccati nisi per alicujus pœnæ compensationem, 561B, C, nec unquam caret pœna acta, quæ est læsio inflicta peccanti, 491D, C', sed carere potest ad tempus pœna inflicta, 491A, non tamen semper, quia impossibile est peccatum inultum remanere, 492B. — Deus, etsi non possit sine ulla pœna peccatum dimittere de potentia ordinata, XXIII 353A, XXV 355C', non tanta tamen punit illud pœna quantam meretur, XXV 355D'; nullum ergo peccatum sic dimittit quin illud aliquo modo puniat, nec ullum sic vindicat quin de pœna debita aliquid relaxet, 355A'. — Omne peccatum pœna est, loquendo de pœna damni, XXII 484D, quia læsionem infligit, 486 D, et causa pœnæ, loquendo de pœna sensus, 484D, imo quadruplex illud pœna sequitur, 484C', et peccatum potest esse pœna peccati, 484A', 486D, triplici modo, 484B', et causa peccati, 484A', 485B, in triplici genere causæ, 485D, 486B. — Angeli peccatum irremissibile, hominis autem remissibile fuit multis de causis, XXIII 33D', tum maxime ex natura peccantium, 34A, 352D, tum ex genere peccati, 34B, XXI 373A, A'; sed requiritur pœnitentia ad remissionem cujuscumque peccati, sive commissionis, sive omissionis, XXIV 427D', etiam venialis, 428A, non autem originalis, 427C', 429D, cujus nec confessio requiritur, 427D'. Et quia, cessante actu peccati, manet tamen reatus seu offensa Dei, XXII 560C', 562A, A', de ea tanquam malo præsenti dolor habendus est, XXIV 358D', ut dimittatur peccatum, sive quoad culpam, sive quoad pœnam, 497B', C', et apud peccantes ex malitia, id est ex electione finis perversi, XXI 374D', qui impœnitentes dicuntur, 375A, D, nec pœnitentia nec remissio haberi potest, nisi habitu malo remoto, 375A. — Hæc remissio peccati multis modis fieri potest, XXIII 339B', sed semper per merita passionis Christi, 340D, 343A, 442C, cujus passioni potius quam resurrectioni tribuitur tum peccatorum remissio, 343D, tum gratiæ infusio, qua remittuntur peccata quoad

offensam et maculam, et obligationem ad pœnam, XXII 426 A, quanquam simpliciter remitti dicantur quum tollitur reatus pœnæ æternæ, 426 C'. — Remittendi autem peccata potestas effectiva ad Deum dumtaxat pertinet, XXIV 145 B', et ad Christum ut Deum, 146 B', 148 A', et de potestate dispositiva, ad Christum ut hominem, 145 C', 148 A'. — Hominibus conferri non potuit potestas auctoritatis ad remittenda peccata, ita ut quasi a se ipsis ea dimitterent, XXIV 146 A, propter incapacitatem, 146 B, 148 B, nec potestas cooperationis, 146 A, ita ut per modum causæ efficientis cum Deo cooperarentur, 146 D, 149 C ; potuit conferri potestas excellentiæ, invocationis et institutionis, 146 B, 149 A, C', D', sed non reapse data est, ob certas causas, 146 C, ideo peccata dimittere nequeunt quoad culpam, nisi per potestatem ministerii, 146 B, C, 148 B, et quoad pœnam, nisi ut vicarii Christi et meritorum ejus dispensatores, 145 B'.

Peccatum originale. (1) *Quoad nomen et rem. — Definitiones et proprietates.* Esse peccatum originale demonstrant hujus vitæ mala, XXII 378 B, 379 C, naturæ corruptio, 378 C, 379 D, A', C', 389 B, et hominis mortalitas, 379 B'; docet et fides, 379 B, 387 D'. — Peccatum originale, quod multipliciter nominatur, XXII 384 C, B', 423 A, et definitur, 378 380 B', tale dicitur, quoniam ex origine ipsum contrahimus, 384 A'. Duo includit: carentiam originalis justitiæ, XXII 293 C, quam consequitur divinæ visionis carentia, XXIV 67 D, tanquam formale; et obliquationem voluntatis, XXII 293 C, seu aversionem voluntatis a fine debito, quam consequitur concupiscentia seu deordinatio virium inferiorum, tanquam materiale, 380 B', 381 B', 382 B, B', 425 A', (vel, juxta Scotum, carentia justitiæ in eo est ut formale, 427 A, D, et debitum justitiæ, ut materiale, 426 D) : quorum primum, scilicet formale, in Baptismo expiatur, alterum vero, id est materiale, ad pœnam manet, 295 B. — Formaliter tamen unum est, XX 381 C, etsi plures habeat deformitates, 382 A', et majus vel minus non accipit, sed in omnibus æquale est, 382 C', 429 C'; nec ad illud confert generantis libido, 382 D', 424 D', aut sanctitas, 389 B, quia a primis parentibus derivatur, 448 B, nec a proximis et intermediis augeri potest, 443 D, C'. — Recte dicitur deordinatio naturæ, XXII 381 A', seu inordinata dispositio ex dissolutione primitivæ harmoniæ resultans, 382 D, sicque est habitus, *ibid.*, et totam deordinat animam, secundum cognitivam potentiam et affectivam, 381 C, præcipue tamen affectivam, 381 D; item, et mentem afficit ignorantia, 381 B, D', et carnem concupiscentia, 378 D', 380 B', 381 C, D', 384 C', et duplicem inducit corruptionem, alteram personæ, quæ sanata est primo adventu Christi, altera naturæ, quæ sanabitur secundo adventu, XXIII 222 D. Etsi a voluntate non fiat, sed a natura, XXII 383 B', 553 D, non modo pœnæ rationem habet, 383 B, 390 D', sed et culpæ, 384 C, 389 D', 390 D', quia voluntarium et actuale peccatum fuit in Adam, 383 C', 385 D', et in posteris carentia est justitiæ debitæ, 383 B', 384 D, et voluntarium saltem voluntate naturæ, 387 D; minimum tamen est peccatum, quia minimum habet de voluntario, 451 A', et levius est veniale etsi gravius puniatur, 446 D', 451 A', 452 A'. — In paradiso per ejectionem primorum parentum, etc., recte punitum est, XXII 370 B' et s.; in præsenti autem duplex illud sequitur pœna, altera suffocans, inhabilitas ad visionem divinam, quæ in Baptismo removetur, 378 A', 428 B, A', sed quam secuta est mors seu necessitas moriendi 388 B', cum hujus vitæ malis, 391 D', altera provocans, pronitas ad peccandum, quæ baptizatis ad exercitium relinquitur, 378 A', 428 C, A'; in futuro vero non debetur illi pœna sensus, 385 A', sed tantum damni, 384 D', 385 A', de qua tamen sic puniti non do-

quia peccatum mortale enormitatis est suo modo immensæ, 350A. Citra condignum tamen in inferno punitur, XXV 350C, C'. Unum mortale sine alio remitti nequit, XXIV 382A, 386D', 387D, 389D', 431C, quoniam nullum mortale cum gratia et amicitia Dei consistere potest, 387A', 391C', et omnia connexionem habent ad invicem, 431A; sed de uno vere dolere potest homo quin cogitet de aliis, 391B', et quoad exteriorem satisfactionem de uno satisfacere potest sine aliis, 391C'. — In peccato mortali tria sunt, macula, offensa et reatus, quorum neutrum in inferno remitti valet, XXIV 569A, B.

Peccatum veniale. (1) *Quoad nomen et rem.* Veniale, quod ita nominatur variis de causis, XXII 564C, sed maxime quia non pertingit ad rationem peccati perfectam, 564D, secundum gradum comparatur ligno, fœno et stipulæ, XXIV 565B', 566A, C; et quia fundamentum non destruit, super fundamentum ædificatum dicitur, 566B. — Aliud dicitur veniale ex genere, XXII 233C', 564A', et aliud ex pravitate vel imperfectione naturæ corruptæ peccantis, 233D', 564C'; item aliud ex inordinatione exsistente circa media, 234B'. — Tria sunt venialium genera, XXIV 429C', quæ omnia animam maculant, 431D', sicut per pulverem pulchritudo faciei fœdatur, 432A, et aggravant, deprimendo deorsum ne perfecte ad Deum tendat, 593C'; et quamvis Deo displiceant prout inordinata, peccantem tamen non faciunt Deo displicentem, 431C. — Peccata venialia singula vitari possunt, XXII 287A', non autem omnia simul, 287D, nec ex toto in vita, ideo nullum contra se habent speciale remedium, sed multa, XXIV 593B', in morte vero penitus vitari potest veniale, et speciale habet remedium, id est Extremam Unctionem, juxta Bonaventuram, 593C'. — Differt a mortali, XXII 234C, 562C, D, A', 564B, quia cum illo non convenit, nec in aversione, 563A', nec in reatu, 563C'. Item veniale non fit mortale ex deliberatione aut complacentia, XXII 289A', XXIV 567D, nec ideo quia a perfecto committitur, XXIII 617A', sed tantum per accidens, ratione scandali aut voti, 617C'; nec possibile est idem numero deinde fieri mortale, XXII 298B', sed peccatum ex genere veniale potest aliunde et per accidens fieri mortale, 298C'; item multa venialia per se ad gravitatem peccati mortalis pertingere nequeunt, 298C', D', 299A', quia inter utrumque est distantia infinita, 298B', C', sed tantum per accidens, 298D'. — Quantum horruerunt Sancti peccatum veniale, XX 60B, A', D'. — Communiter tenetur Adam in statu innocentiæ non potuisse venialiter peccare priusquam mortaliter, XXII 232B' et s.

(2) *Quoad pœnam et remissionem.* Juxta quosdam per se ei debetur pœna æterna, et per accidens temporalis, XXII 355B'; juxta alios, per se temporalis, 563C', XXIV 568A, et per accidens æterna, XXII 355B', scilicet in damnatis, 563D', quia veniale culpa est, XXIV 565C, 567D', 569B, et in damnatis remanente culpa, remanere debet et pœna, 431C', 566A', 568B', negantibus aliis, quia soluta pœna eis debita cessare debet, 565D, 568C. — De peccatis venialibus non exigitur pœnitentia ex necessitate salutis, XXIV 428A, sed tantum per accidens, 428C', ne multiplicata in periculum mortalis inducant, 429B'. Nulla item est ea confitendi necessitas, quia ipsis non debetur pœna satisfactoria taxata, XXIV 432A', sed sola contritione deleantur, 432B'. Per ea quæ fervorem caritatis excitant remittuntur, ut sacramenta, XXIV 432D', et per ea quæ fervoris impedimenta removent, ut aqua benedicta, panis benedictus, exercitia humilitatis, etc., 433A, confessio facta laico, 477D. — An peccata venialia sine gratia gratificante remitti valeant, negant plerique, quia macula sunt animæ, XXIV 565C, affirmant quidam, quia caritati

participantibus subjectam habent rationem, ex perfectioribus procedunt causis, XXI 90A'. — Perfectio in unoquoque perfectibili non est nisi suæ potentialitatis ultimus et supremus actus, XXV 479B', ideo intellectus humani perfectio est esse speculum omnium intelligibilium perfectissimum, *ibid.*, et imago speculi increati, 479C'. — Perfectio, ut actus angelorum hierarchicus, eadem est realiter ac purgatio et illuminatio, XXI 500A, C', 503D', scilicet remotio ignorantiæ, 499A', C', seu assumptio divinæ scientiæ, 500C' et s., 502D.

(b) *Secundum gratiam*. Mundo competit perfectio non tantum naturæ, sed et gratiæ seu viatorum, et gloriæ seu comprehensorum, XXIII 64C', inter se ita differentium ut omnis perfectio viatorum est quasi defectuositas respectu perfectionis comprehensorum, XIX 35. — Anima perficitur quoad essentiam per gratiam, et quoad potentias per habitus, XX 11B', aliter per virtutes, aliter per dona, et aliter per beatitudines et fructus, XXIII 551D', 554D, B'; et hæc perfectio ordinis supernaturalis, quia ad sapientiam pertinet, Filio tribuitur, XIX 45. — Quia imperfectio est in uno quod esset perfectio in alio, XXIV 367B, perfecti in eodem genere gravius peccant quam imperfecti, XXIII 617D', non adeo tamen ut venialia fiant in eis mortalia, 617A', nisi per accidens, ratione scandali aut voti, 617C'. — Existens in caritate perfecta non tenetur ad omnia opera perfectionis, XXIII 499D, B'. — Nullus perfectus subito et totaliter subvertitur, sed paulatim, XXI 337D'.

(2) *In Deo*. Quia universæ creaturarum perfectiones sunt tantum participationes divinarum perfectionum, XXI 63A', quidquid perfectionis est in creaturis, in Deo principalius est ex se et sua natura, XIX 158A', et præeminenter, 151C, et excellentissime, XXI 63A', quantum ad universalitatem, plenitudinem et unitatem, XIX 151C, D, ita ut essentia divina in sua simplicitate omnimodam contineat perfectionem, quæ per partes dispersa est super omnes creaturas, 157B'; et in hoc sensu tantum in Deo est omnis cumulus perfectionum, 172A' et s., sive quæ habentur in creaturis, sive quæ haberi possunt, 178D', et hoc in infinitum, 179A. Quidquid ergo perfectionis est in creaturis, de Deo prædicatur proprie, per modum eminentiæ, XIX 294D', quidquid imperfectionis, symbolice tantum vel metaphorice, *ibid.*, 532A'. Hoc enim interest inter Dei et creaturæ perfectionem, quod hæc finita est, illa infinita, XIX 178B', nec ad ullam speciem determinata, 178C', nec inter ullos terminos contenta, 178D', unde solus vere perfectus est Deus, quia nihil est vere perfectum quod est compositum, 369D', receptum aut terminatum, 370A'. — Perfectiones Dei integre et una conceptione concipere nequit intellectus creatus, nec in terra, XIX 151D', 153D, nec in cœlo, 152B. — Perfectionum pluralitas in essentia divina est quasi in potentia, in intelligentis conceptu quasi in actu, XIX 157C', D'. — Perfectionibus quibus creaturæ perficiuntur in esse quidditativo correspondet perfectio idealis in Deo, XIX 158C; perfectionibus quibus perficientur in bene esse, correspondent in Deo attributa, 158D. — Perfectionem divinam varie æmulantur opera ejus, XXII 145A, angeli per universalem scientiam, homines per multiplicem compositionem, *ibid.* — Jam cognito per fidem mysterio Trinitatis, ejus notio e perfectione Dei aliquo modo erui potest, XIX 182A et s., 230A'. — Quælibet S. Trinitatis Persona est perfecta, licet ab aliis distincta, XIX 179D, quoniam Deitatis plenitudo in unaquaque existens, omnem imperfectionem ab unaquaque excludit, 185D.

PERIPATETICI. Allegantur doctrinæ eorum de Deo, de mundo, de intelligentiis, de

rata. In hominibus personæ distinguuntur origine et qualitate et in una natura sunt plures personæ, in angelis personæ distinguuntur sola qualitate et in una persona est una natura, in Deo personæ distinguuntur sola origine et in una natura plures sunt personæ, XIX 181 B, C, XXI 204B, quod est proprium solius Dei, XIX 230B. Et dum in creaturis hæc ratio subsistendi circa intellectualem naturam, quæ vocatur personalitas, XX 163B', XXIII 86B', est aliquid absolutum, 86B', superadditum essentiæ, XX 375C, a qua differt realiter, XIX 311 A; in divinis est aliquid respectivum, XXIII 86 B', quod nihil, nisi quoad intellectum, XX 372D, addit essentiæ, 372 A', 375C, a qua differt ratione tantum, XIX 311 A, XX 104A', 107D'. Unde quæ de personis prædicantur, quandoque prædicantur de essentia, quandoque non, XIX 311B, C', 312 A, persona in divinis remanente simplicissima quamvis in ea sit essentia et suppositum, XX 372B'; et dum in humanis communitas est mere intentionalis, XXI 212B', in divinis est realis, 212D', XX 166C. — In homine et in angelis persona tria complectitur, sed nobilius in angelo quam in homine, XXI 206B', scilicet subsistere, ratiocinari et individuum esse, 206D; unde personæ competit non posse communicari, sed hoc aliter et aliter in homine, in angelo et in Deo, 206 A'.

In Deo. (1) *Notio.* Circa rationem personæ in divinis multæ sunt theologorum positiones, XX 160D, quarum octo narrat Albertus, 158B; et videtur persona vel pro temporum differentia, 160B', vel ex adjunctis differentes accepisse significationes nominis, 160C', 168D. Sic quibusdam significare videtur substantiam proprietati suppositam, XX 158D', 159B, B', 160B, seu individuam substantiam, 161A; aliis relationem per modum substantiæ, 161C', 162B', 163C', 166A', vel suppositum in divinis cum respectu ad essentiam, 164 A, vel hypostasim, 158A', 162A, aut substantiam primam, 164C; juxta quosdam est nomen æquivocum, 158A', 160D, 161D', juxta alios nomen univocum, 160D'; et in his omnibus est aliquid veritatis, 161 A, D'.

(2) *Numerus personarum.* Numerantur personæ, non juxta numerum relationum aut notionum, sed proprietatum personalium, unde tres tantum esse possunt personæ divinæ, XX 273D; et fusius, tres tantum, quia duobus modis tantum fit communicatio boni, XIX 189 B', et quia in Deo duæ sunt essentiales actiones ad intra, 190C, B', C', 191B, et duo actionum termini, 191 C, quia item in Deo fieri nequit nisi duplex processio, 191 B, altera immediata, altera mediata simul et immediata, 191D', nec sunt nisi duæ rationes principiandi, 192C, utpote natura et voluntas, 192D, duo actus ad intra juxta quos fieri oportet processiones, 190C', duo principia productiva, quorum productum principio productivo adæquatum est, 194B, duo actus notionales fundati super duos actus essentiales, 191B, 192B', quorum quilibet totam virtutem potentiæ cujus est actus æquat, 190D', 191C, 192C, 195D'. — Aliqui in divinis ponunt suppositum absolutum, vel in qualibet persona, XX 232B', quod repugnat simplicitati divinæ, 232D'; vel in divina essentia in se existenti, 233A, quæ cum tribus relativis personis non poneret in numerum, 211B', quod multiplici patet inconvenienti, 211C', 231 A', 232D; vel ex tribus personis simul sumptis, 233D', quod etiam male sonat, 233A'. Nullum ergo suppositum absolutum videtur ponendum, sed tantum tria relativa supposita, XX 232C. Unde persona, secundum quod diceret aliquid commune Patri et Filio et Spiritui Sancto, nullatenus diceret in Trinitate quartam personam, XIX 186A', C', 316A', sed tantum ipsam essentiam, XX 166C, D, per nomen secundæ intentionis, 166 C', 167D', 168D, A'.

(3) *Proprietates.* Personæ autem sunt idem in re, et differunt tantum ratione, XX 360C, unde sicut attributa essentialia non sunt plures, ita nec proprietates unius personæ, sed sunt una res, quæ est illa persona, 239B : sicque actus personales de proprietatibus non prædicantur, nisi prædicatione illa quæ est per identitatem, 363C'; prædicatur autem persona de proprietate, secundum quod nomen personæ substantive tenetur, quemadmodum et de essentia, 364A', C'. Abstractis per intellectum proprietatibus vel relationibus, remanet essentia communis, non remanent personæ, XX 221 C, D', 223D, D'.

(4) *Distinctio ab invicem.* (a) *Quomodo cognoscatur.* Distinctio realis personarum, quæ per fidem tantum probari potest, XIX 180A, 182C, et non per rationem, contra Scotum, 184B', 230D, insinuitur tamen aliquo modo, 180D, 181B, D', 184B', in processione creaturarum, 436C', et in actibus animæ rationalis, 437A.

(b) *Quomodo fundetur.* Divinæ personæ, quum nequeant distingui per essentiam, XX 209B', neque per materiam aut formam, 208D, neque per aliquid absolutum, 211C', neque a se ipsis, 207 D', 213B, necessario distinguuntur sive per originem, sive per relationem, 208 C', 211C'; non per originem, juxta Thomam, 208B, D', sed per relationes, 209 C, 211A', 213B'; non per relationes, sed per originem, juxta Bonaventuram, 210 A, D; et per originem et per relationes, juxta Richardum et Cartusianum, per originem scilicet, quasi principium effectivum, per relationes tanquam principium formale, 212C', 213A, per originem tanquam principium distinctionis, per proprietates tanquam distinguentes, 211A'; et hæc distinctio per personales proprietates definita est ab Innocentio tertio contra abbatem Joachim, obliviscente Scoto, 216D, A', B'. — Item personæ ab invicem distingui nequeunt nisi per relationes originis, XIX 459A', 465 A', C', in quantum relationes sunt, non in quantum proprietates, XX 212B, C, D, B', quia in personis divinis absoluta sunt communia et coæterna, XIX 423B, C. Ad illam personarum distinctionem requiruntur, secundum Thomam et alios, relationes oppositæ, XIX 459B', 460A', D', 461B, B', nec distinguerentur personæ Filii et Spiritus Sancti in quantum ambæ procedunt a Patre, et Spiritus Sanctus a Filio non procederet, 459D, B', 460A', D', 461B, A', D', 465A, C', 466C, C', 467D; sed secundum Scotum et alios, favente Cartusiano, sufficerent, relationes disparatæ, 468A, B, D.

(c) *Qualis sit.* Distinctio inter personas non est distinctio secundum quid, nec simpliciter, sed media, XIX 424A, sicut proprietas distinguens personas non est differentia specifica, nec proprietas simpliciter, sed media, 424B. Unde personæ divinæ, quamvis ab invicem discernantur, tamen non proprie differunt, quia non differunt genere, specie, aut numero simpliciter, XX 177C', sed tantum numero secundum quid, seu cum additione, 177B', 178A', B', 179B : quapropter in divinis personis accipiuntur alietas, pluralitas, distinctio, discretio, sed rejiciuntur diversitas, multiplicitas, divisio, separatio, 185B, nec sunt tria, sed tria supposita, et eo sensu, tres res, 184C', D', 185A. Quoad rationem distinctionis, minor est distinctio inter divinas personas quam inter proprietates absolutas creaturarum, XX 178C; sed quoad perfectionem distinctionis, major, 178D, ideo distinctio relationum in divinis facit personas, non autem distinctio proprietatum in creaturis, *ibidem.*

(5) *Distinctio ab essentia.* Quia distinctio inter personas non est substantialis nec accidentalis, sed relativa tantum, XIX 179D', 188B, idcirco personæ in divinis distinguuntur ratione tantum ab essentia, 198B', D', 199A, 316A', indivi-

sibili remanente, XX 372C', 373A, 374 D, A', C', 375A et s., 376B, A', et re ab invicem, XIX 198D', 199A, XX 374C, secundum reales relationes originis, XIX 198B', 199B, B', C', et beatitudinis, 136B, ita ut multiplicari possit non essentia, sed persona, 201A'; 316A', XX 373B, 375B', 376B', sicut aliquid proprium et subsistens, 375A', et se habens ad alterum, 376B', et communicari non persona, sed essentia, XIX 201A', 316A', sicut aliquid simplex et commune, XX 375A', et absolutum, 376B'. Ideo in Trinitate sunt plures personæ, XX 168C', 169A, non plures dii, 168D', 169B', quia sunt tres res respectivæ, et una res absoluta, XIX 186C, scilicet essentia divina, 186C', quæ non supponitur, supposita persona, XX 165B', C', sicut supposita persona, non supponitur altera, 374C. Unde in qualibet persona est essentia et relatio personæ constitutiva, XIX 191A, et in persona divina, essentia est quasi materia et relatio quasi forma, 320C, 321B', non quidem proprie, 320D', 321 A, sed tantum per similitudinem, 321A'. Quamvis enim in divinis persona per relationem distinguatur, XX 233B', non tamen dici potest ex essentia et relatione constituta quasi ex distinctis principiis, 233C', D'; sed dicendum tantum quod quælibet persona divinam essentiam habet secundum proprium et sibi specialem modum, 210D'. Et ultimo, personæ divinæ, etsi differant quoad numerum, XX 113A, et quoad actus notionales, 118C', D', 119A, B, 120B, non faciunt hac pluralitate totum aut multitudinem, 111B, nec sunt singularia aut particularia, nec individua, 110A, nec se habent ad essentiam divinam ut particularia ad universale, 110C, 113B', aut partes ad totum, 110B', C', D', 111D', sed significantur nomine Trinitatis sicut simul suppositæ, XIX 423C, XX 111A.

(6) *Unitas essentialis.* Talis distinctio nec repugnat simplicitati aut unitati essentiæ divinæ, XIX 179C, B', C', 185 B, 187A, B, A', nec perfectioni cujusque personæ, 179D, 185D, nec ex indigentia procedit, sed ex infinita exuberantia, 179A', 185D'. Ideo, in personis Filii et Spiritus Sancti, esse productum nihil potentialitatis aut dependentiæ aut inferioritatis introducit, XIX 186C', sed stant simul et esse productum, et esse æternum et independens et principium, 179C', 186C', et tres personæ, stante relativa proprietate cujuslibet, 185D, inter se sunt summe coæquales, 127D', XX 96A, 98A, 323A', et similes, 96D, C', 97B, C, et coomnipotentes quantum ad actus essentiales, 118C', D', 119 A, B, 120B', et quantum ad possibilia quoad extensionem et intensionem, 119 A, C, 120B', C'. Attamen quodam vero sensu dici possunt unum propter Patrem, æquales propter Filium, connexæ propter Spiritum Sanctum, XX 322C', 323A, D, 324A. — Item, in tribus Trinitatis personis est una summa bonitas, XIX 125C'. D', 128A, non distincta bonitate essentiæ a bonitate relationis contra Scotum, 126D, simulque sunt tres personæ unus finis ultimus omnium, 125D': ideico trium personarum una est fruitio, et ad invicem, 134D, A', 136A', et ad nos, 125D', 127D', cum una adoratione, 126A; et cum Scoto dicendum quod viator non potest frui persona aliqua nisi fruendo divina essentia, 126B', sed Scoto non concedendum quod posset frui essentia divina absque fruitione personæ, 126A', vel frui una persona sine aliis, 126C', nec concedendum quod ex potentia Dei absoluta comprehensor posset divinam essentiam videre aut ea frui sine visione personarum, aut aliquam personam videre absque aliis, 127A, sed dicendum tres personas sive in se ipsis considerentur, sive in relatione ad alteras, non nisi uno intuitu posse videri, 127A' et s.

(7) *Dependentia ab invicem. Circumincessio.* In divinis repugnat esse personam nec dantem, nec recipientem, XIX

mundi, et motu deferentis seu eccentrici in propria sphæra, et motu epicycli in proprio deferente, 79A', 80A, unde erraticæ nobis videntur, 64A'. An autem moveantur circa centrum suum non constat, XXII 80B; imo, juxta nonnullos, in cœlo moventur sicut aves inære aut pisces in mari, 79D'. — Item disputatur de numero cœlorum unicuique tribuendorum, XXII 65D, 66B', 67A; qui cœli planetarum sub cœlo includuntur stellato, 62B', et sicut stellæ fixæ, totum cœli circulum in triginta sex millibus annis complere dicuntur, quibus expletis ad primitivum statum suum sine ulla diversitate revertuntur, XXV 246B. — Non illis tribuenda sunt vitia aut calamitates hujus sæculi, XXII 98B, quasi ex se possent esse malevoli, 98C, aut malitiosi, 102D', nec responsa a dæmonibus nomina illorum et figuras usurpantibus data, XXI 359B', nec legum aut hominum varietates et falsitates, XXII 101C', quum ipsi sint legi divinæ subditi, 102C'; verumtamen in his quæ naturalia sunt in legibus, non electiva, aliqualiter influere possunt, 95C' et s., 103B.

PLANTÆ tertia die productæ sunt, XXII 85A', B', de cujus productionis modo variæ sunt opiniones, 174D'. — Ad earum imperfectissimam vitam, XXII 106 D', virtus conjugata cœli et terræ, per modum patris et matris, sufficit, XXI 431D, XXII 85B. Quia ad utilitatem tantum hominis factæ sunt, XXV 384D, ante peccatum nullæ illarum erant nocivæ, XXII 84 A, 85 C; quumque ad perfectionem et ornatum pertineant universi tantum pro statu præsenti, XXV 387A, post judicium destruentur, 386D', 387A. — Rectæ staturæ sunt, ut homo, sed hoc ab homine differunt, quod sui superius habent versus inferius mundi, inferius autem sui versus superius mundi, homo contra, XXII 147C'; et secundum Rabbi Moyses, nulla est inferius planta quæ non habeat stellam in cœlo illam percutientem et ei dicentem, Cresce, 94B. — Suo modo appetere dicuntur summum bonum, quum appetant sui continuationem in esse et permanentiam in specie, quæ sunt eis a summo bono, XXI 103B'.

PLATO († 429-347 A. C.), « maximus ille philosophus », XXV 243B', « inter philosophantes præcipuus », XXI 83 B', « ceteris gentium philosophis longe lateque prælatus », XIX 276B', « disertissimus, et qui Aristotelem longe vicit eloquio », XXI 97B, discipulus fuit Socratis, 419A', quem « maxime diligebat », XXII 150D, et libros V. T. legisse creditur, XXI 94B. — Ejus doctrina philosophica, quam Augustinus doctrinæ Aristotelis prætulisse videtur tanquam Christianismi propinquiorem, XIX 276 B' et s., XXI 441D, dilucide explanatur in Commentariis Sententiarum, maxime quoad Theodiceam, Cosmologiam et Psychologiam.

Quoad Theodiceam. Secundum doctrinam Platonis, Deus est summum, primum et verum bonum, XIX 73A', 386 B', XXI 89A', 210C', qui probatur esse unus ex primi principii ratione et necessitate, 48A', 90D', et in quo idem est esse, posse, scire, velle et agere, XIX 340B. — Innominabilis ejus naturæ cognitio difficilis est, XX 135C', quum solus nequeat vel modice comprehendi penuria sermonis humani, XIX 217B', et vix maxime sapientibus contemplari possit, XXIII 426A'. — Quia maxime bonus, suam bonitatem et beatitudinem communicare voluit, XX 618C', et omnia creavit tanquam suæ bonitatis participativa, XIX 105C', ex voluntate sua, XX 564D', XXI 91C', non ex necessitate, quod unus Plato, secundum Scotum, inter philosophos antiquos docuit, XIX 382D'. — In illo, ex consequenti, ita est omnis ratio intelligendi et causa subsistendi et ordo vivendi, XIX 71A, XXI 117C, ut mundum produxerit nequaquam ad exemplar extra se prospiciens, 89B',

sed tantum secundum rationes rerum æternas quas in mente sua gerebat, XIX 251A, et quæ divinæ suæ voluntates sunt vocandæ, XXI 245C, et secundum hunc æternum processum ad intra vocatur primus motor mobilis, 91D'. — Quum sit optimus, XXI 67 C', nulla invidia illius erga creaturas esse potest, XX 588A', sed nulli denegat aliquid horum quæ suæ naturæ accomodata sunt et ordini, XXI 84B. — Secundum Augustinum Plato curiosus in inspectione librorum, a Græcia descendit in Ægyptum et Judæam, XIX 234C', ubi libros legis et Prophetarum scrutans, 229B', diligenter et vehementer memoriæ suæ commendavit quod ad Moysen dixit Deus, Ego sum qui sum, 234D', et quamdam etiam de Trinitate, saltem de Patre et Filio, cognitionem acquisivit, ita ut in quodam ejus libro legantur similia prologo Joannis, 229B', C', XXI 65C', D'.

Quoad Cosmologiam, scilicet quoad mundum, cœlum, intelligentias separatas.

Quoad mundum. Secundum Platonis doctrinam, totus mundus sensibilis est unum animal intellectuale, XX 442A, cujus tria principia sunt, Deus, de quo supra, materia et formæ separatæ, de quibus hic, 393D, XXI 43D', 89C'. Secundum Albertum, Thomam et fere omnes, contradicente Uldarico post Proclum, mundum Plato posuit, etsi non æternum, de æterna tamen materia factum, XXI 34, 41B, 90A et s., 91A, 92 A, id est productum a Deo, 68D, 70C', de vera enim ejus sententia quoad mundi æternitatem (seu æviternitatem, 130 C'), vel non æviternitatem, ægerrime disputatur, et varie a variis ejus textus allegantur, XIX 385D et s., 386C', D', XXI 82C', D', 83C et s., 92B, 93C et s., 123C, XXII 5D', 27A. — Cogitasse videtur fuisse primum chao seu confusam materiam et indistinctam, XXI 47C', postea in ordinem a Creatore redactam, 69 C', quam in omni ente participato particulariter subsistente quodammodo ponit, 185C'. Illius materiæ debilitatem tangens, ait quod mira et incomprehensibili ratione inter nullam et aliquam substantiam posita pura videtur potentia, XXII 15B, et ita eam esse non ens, et tamen esse bonum quia, ordinata ad formam, ordinatur ad bonum, XIX 368 C'. Transumptive materiam vocat matrem, quoniam præconcepit in se formam, quæ quasi pariendo producitur quando ex ipsa de potentia ad actum educitur, XXII 168D', 169A, B', C'. Item illam vocat locum, quia ejus potentialitas per formam repletur, XXII 7D, et secundum ejus dispositiones, formas in illam asserit infundi, 178D', ad constituenda quatuor elementa ex quibus omnia corpora facta sunt, 22B, C, et in quæ omnia composita resolvuntur, 119 A, donec per diluvium igneum facies mundi inferioris pereat, XXV 256C'.

Mundum archetypum sive idealem in mente divina adesse dicit, invariabiliter exsistentem, a Deo non distinctum, XXI 91A', qui quum sit unus et exemplaris, XIX 148B, XXI 96D', probat unitatem mundi exemplati, 94D', 95D, 97 B. De natura autem unius erravit, non distinguens unum quod est principium numeri ab uno quod convertitur cum ente, XX 180A'. Ad pulcherrimi istius mundi archetypi exemplar, pulcherrimum Deus mundum produxit, XIX 213 C, XXII 72B', XXV 383A', cum lætitia, XXI 69C, XXV 431B, C, in quo mundo jure universalissimo concordia adest omnium rerum, 63A, et in quo nihil fit cujus ortum non præcedat legitima causa, XX 507A', XXII 172D', nil inordinatum relinquente Dei providentia, XX 507A', fato nil nominante nisi ignorantiam nostram, 543D'. — Simul cum hoc mundo archetypo excogitavit Plato formas ideales realiter separatas, XIX 367 A, ab æterno fuisse, XX 181A', in se subsistentes, XXI 197D', et essentialiter rebus communicabiles, XX 393C, quas

formas posuit ideas subsistentes substantiarum, non accidentium, et specierum, non generum neque individuorum, XX 410C, 412D, 413A', C', XXI 233A, in quibus omnibus illum errasse Philosophus probavit, 211A', nisi in hoc quod formas ad materiam non retorsit, 200C', D'. Et quia formam vocabat quid quasi foris manens per separationem a materia, formas in materia exsistentes dixit non esse formas veras, sed formarum separatarum imagines, XX 399A, ab illis derivatas, XXII 183B, formaliter, XXI 46B', 91C, efficienter autem esse a datore formarum, XX 406D', XXI 46B', 91B. Quam doctrinam idearum subsistentium, secundum quas cuncta dicebat formari quæ in materialibus rebus exsistunt, XX 398A, B, 409D', 410A, Augustinus emollivit, et reduxisse videtur ad doctrinam rationum in mente divina exsistentium, 397A', 400A et s., 404A', XXI 91B'.

Quoad cœlum. Cœlum, præter sidereum, quod aqueum dixit, XXI 153C', Plato posuit esse vel de natura quatuor elementorum, XXII 57B', 59C', vel igneum, 58B, C, 59A, cujus circulum Creator in duos circulos, puta *aplanes* et *planes*, reflexit, 82B'; et corpora cœlestia posuit esse de natura ignis, 58B, quibus Creator adjunxit substantias spirituales tanquam motores mobilibus ad illa animanda, 69D, 71C, 73B', 74B', et quorum quædam incorruptibilia fecit, XIX 377D', XXII 22B, C. Item cœlum dixit stare, non circumferri, sed stellas moveri per illud, XXV 282C', sicut aves in aere et pisces in aqua, XXII 79D', cum harmonia ordinis, quam metaphorice, XXI 91D, XXIII 546D, musicam vocabat, XXII 104B', C', 105B, resonantem non in cœlo immobili, sed in cœlis mobilibus propter motum ipsorum, XXV 475C'. Post reditum circuli cœlestis in eamdem figuram, fieri dicebat novum mundum, undequaque idem etiam numero cum præcedenti, in quo redibant idem Plato cum eisdem discipulis, XXI 92D, D'. Inter cœlum et terram aquam et aerem adesse dicebat tanquam media inter extrema, XXII 108B', C'.

Quoad intelligentias separatas. Infra superaltissimum Deum videtur excogitasse summos, medios et infimos deos, XXI 415B' et s., 515D', XXII 75C', seu spiritus separatos, ex sola divina voluntate impassibiles et immortales, XXV 286C', 383C', a summo Deo seu patre deorum creatos, XXI 415B' et s., XXII 75C', quos omnes dæmones appellabat, XXI 442A, et dividebat præcipue in in calodæmones, qui Deo adsistunt, catodæmones, qui homines custodiunt, 553A', et cacodæmones, qui ad illicita, 448C, eos instigant, 444B. Cuncta magnorum mirabilia dicebat fieri per illos medios deos seu dæmones, XXI 414A, B, ex natura intellectuali et aerio corpore compositos, 306D, 414B, singulos singulis hominibus deputatos, 414C, circa nos operantes et loco definitos, XX 458B; sic Socrates, ob egregiam vitam et castimoniam, spiritum bonum habebat semper se concomitantem, XXI 419A'.

Quoad Psychologiam. Secundum Platonem, anima adest in corpore sicut motor in mobili et nauta in navi, ita ut homo non sit res constans ex anima et corpore, XXI 108A, 109D', sed simpliciter anima intellectiva, XXII 129D', seu intellectus tantum, 130C, 133B', ut est anima corpore utens, XXI 108A, 109B, XXII 134B', XXIII 368B', tanquam substantia in se perfecta, XXI 114B, et in nullo a materia dependens, XXV 309 A', B'. In quibus erravit putando quod nulla duo diversa uniri possent nisi per modum mixti seu confusi cum utriusque alteratione, XXII 134D'. Insuper, secundum Platonem, anima rationalis non est huic grosso corpori immediate unibilis nisi mediante spirituali quadam materia, quam posuit in intelligentiis, XXI 203 C, D, et dæmonibus, XXV 473B. Et etiam,

præter animam rationalem, diversas dicebat esse animas substantiales in corpore uno, organis seu subjectis distinctas, XXII 135D', 136A, B, XXIV 288A'. — Irascibilitatem, concupiscibilitatem et synderesim vocabat vires animæ consequentes rationabilitatem, XXII 297C', XXV 437C', ita ut propria et per se operatio hominis esset discurrere et ratiocinari, XXI 201C, in qua operatione hominem dicebat speciebus seu formis concreatis uti, quibus a sui principio plenus et perfectus erat ejus intellectus, sed quarum immemor recordabatur, XX 24D', XXI 246B', 418B', prodiens in actualem scientiæ suæ considerationem per sensibilium rerum excitationem, XIX 264C', 275C', quam theoriam optime confutavit Philosophus, 270C'. Item virtutes tam intellectuales quam morales asserebat esse in homine innatas per donum Dei et non acquisitas per assuetudinem et doctrinam, XXII 318D, XXIII 524C', quas virtutes dividebat in politicas, purgativas, purgati animi, et exemplares, XXII 354A', 550B', XXIII 538B', et latentes esse in nobis diversis modis dicebat, sicut omnes habitus et actus nostros, XIX 276D', 277B et s. — Ex intellectuali sua perfectione, homini convenire docebat consortium cum divinis, id est cum Deo et intelligentiis, XIX 115D', 116A, et animam similem esse enti divino et semper similiter secundum idem se habenti, 174B, et intellectum esse subjectum veritatis æternæ, immortalitatisque habere radicem, XXI 47B'. Unde in Phædone, cujus ipse, et non Socrates, auctor est, XXII 150D, philosophos scripsit oportere divinis et intellectualibus et etiam ipsi Deo inhærere, contemptis carnalibus et terrestribus, XIX 42, 73A', XXV 158A, quum homo contemplativus sit Deo amantissimus, XXIII 546A', et vita contemplativa activa superior, 578A'; sed corpus aiebat millia contemplationum impedimenta ingerere animæ, XXI 107D, et rerum sublimiorum mediocrem elocutionem onus esse magni laboris, XIX 142D', 143A, et ea quæ scimus, minima esse respectu eorum quæ ignoramus, 52B. Insuper scientiam sine virtutibus ad beatitudinem nequaquam perducere affirmabat, XIX 73B', nec ante mortem hominem vere beatum vocari posse, XXV 395A'. — Immortalitatem enim animæ hominis rationalis et etiam animæ ejus sensitivæ apertissime docebat, XXI 306A'; sed transcorporationes excogitabat multiplices antequam animæ ad stellas compares ascenderent, 89A, XXII 141D', 142A, 150A, B. — In re morali, in qua præter supra dicta, allegatur quoad appetitiones naturales concupiscibiles, XXII 280C', et naturam delectationis, XIX 134C', Stoicus fuisse fertur pro magna parte, XXII 489C'. Fatebatur tamen se ubique et apud omnes invenire quo semper se ipso doctior et melior fieret, XIX 41.

PLATONICI. Plures supra, ubi Plato, allegantur, et seorsim a magistro suo in sequentibus locis, quasi medullam philosopihæ Platonicæ detinentibus quoad Deum, mundum et hominem.

Quoad Deum. Consentiunt Platonici de uno Deo incorporeo et incorruptibili, universi auctore, principio, lumine, et bono nostro, XIX 217D, A', quem Autobonum, id est per se bonum, vocant, XX 139B, et Patrem, a quo primitus effluxisse dicunt quamdam mentem aut νοῦν continentem omnes rerum formas, XIX 233B' et s., quam rerum idealem rationem designant quum verbis prologo Joannis similibus utentur, 228B', 234A', B', XXI 72C'.

Quoad mundum. Alii docent materiam et formas primo seorsum separatas, postmodum ex tempore a Deo fuisse conjunctas, XXI 45B'; alii materiam esse puram potentiam et non ens, id est non aliquid actuale, XXII 71B, et ideo in omni ente participato etiam intellectuali quodammodo inveniri, XXI 185

quitur quod potentia et ejus actus semper in eodem genere accipiuntur, propter quod omne genus entis dividunt, XXV 420D. — In generatione divina est eadem potentia respectu actus active et passive sumpti, XIX 338D'. — Duplici modo dicitur quid potentiale, ut subjectum transmutationis, et ut terminus productionis, XXI 194 C. In creatura duplex est potentia, una in quantum est creatura, altera secundum id quod nata est habere, XIX 378 A, D, unde potentia passiva recipit distinctionem naturalitatis et supernaturalitatis, contra Scotum, 86A', D', et potentia naturalis dicitur quæ naturaliter et immediate egreditur a substantia, 281A, C. — Quum potentia sit principium mutabilitatis, XXI 390C', illa quæ nihil potentiæ habent admixtum immutabilia sunt, 390D', ut cœlestia, prima principia et Beati, 391A. — Etiam in angelis adest compositio ex actu et potentia, XXI 187A, 196A', 199C, ita tamen ut potentia sit ipsa essentia angeli prout est creata et dependens, 202D, A', et actus, eadem essentia prout divinam perfectionem participat, 202B'.

In Deo. Potens ille dicitur qui de aliis facere potest quod vult sine impedimento, XX 560A', unde potentia dicit principium actionis, 560C', et secundum perfectam nominis rationem convenit Deo, 560B', cujus potentia dici potest activa, 560D'. — Potentia in Deo est simpliciter infinita, XX 575B' et s., 581A' et s., XXIII 352D', nec limitari potest, 354C, et infinita dicitur quia non potest tot quin possit intensive et extensive in infinitum majora et plura, XXI 125D, nec sic in creatione unius entis applicatur quin possit simul multa alia creare, 125C, cujus infinitas maxime in productione et creatione sive rerum sive hominis relucet, XIX 80C, 247C', XX 478A, C, D, XXV 351B'. — Potentia divina in se considerata, æqualis est scientiæ et voluntati, sed quoad nos et quoad extra major est scientia et voluntate, XXIII 52D, nam quum sit ad omne opus indeterminata, XX 609B, a scientia determinari habet et insuper a voluntate moveri, 609C; unde, etsi potentia Dei sit in re ipse Deus, XIX 167B, secundum modum nostrum intelligendi, XX 571C, A', duplex dicitur, XXII 249B', altera in se considerata, quæ dicitur absoluta, altera quæ ad sapientiam et voluntatem comparatur et dicitur ordinata, XXIII 52C', 352D'. Absolutæ potentiæ, utpote infinitæ, tribuendum est quidquid contradictionem aut defectuositatem non includit, XXIII 38D', potentiæ ordinatæ, seu congruitatis, quidquid decet fieri, 52D' et s. — In omni enim libero agente est potentia agendi conformiter legi rectæ, quæ potentia vocatur ordinata, XX 594A; est et potentia agendi contra vel præter legem rectam, quæ potentia dicitur absoluta, 594B. Sed alius est agens in cujus potestate est lex et rectitudo ejus, cujus proinde potestas absoluta semper est ordinata, XX 594C, D, alius est in cujus potestate non est lex, cujus potentia absoluta potest esse inordinata, 594C. Deus ergo de potentia ordinata agere dicitur, quum agit juxta regulas quas sibimet præfixit, XX 594A', de potentia absoluta, quando præter has leges aliquid operatur, 594B', nec tunc inordinate agit, 594C'. De potentia ordinata agit secundum ordinem legis universalis, non autem secundum ordinem de aliquo particulari, de potentia absoluta agere potest præter utrumque ordinem, XX 594C'. — Ex quibus sequitur quod quædam sunt sapientiæ divinæ essentialiter repugnantia, ut peccare, mentiri, quæ Deus nullo modo facere potest, XXIII 53A; quædam divinæ sapientiæ non repugnantia nisi secundum ordinem præfixum, 53A, B, quæ dicitur non posse secundum ordinem præsentem tantum, XIX 169C, XXIII 53B, C, non secundum alium ordinem, XX 569B', XXV 356B'; alia quæ repugnantiam non

quo prædicari potest tripliciter, secundum esse actuale, secundum esse aptitudinale, et secundum utrumque. 371 A', sed diversimode verificatur locutio quando aliquod conjunctum prædicatur de aliquo secundum esse et quando secundum fieri, XIX 538B. — Ad veritatem propositionis requiritur ut prædicatum secundum se totum subjecto conveniat, XXIII 375C', aut saltem ratione alicujus importati per subjectum, 377D'; quæ enim prædicantur de subjecto, non semper prædicato applicari valent, XIX 311B', quia ad propositionum veritatem diversa requiruntur ut subjecto convenire possit prædicatum, XXIII 200C, 202D. Quod toti non est aptum convenire nisi ratione partis, prædicatur de toto sine determinatione, XXIII 210D, 361B; quod natum est convenire toti secundum se et non convenit nisi parti, cum determinatione prædicandum est, 210A', 212C. Prædicata quæ nata sunt supposito convenire, non prædicantur de eo simpliciter ratione alicujus exsistentis in eo, nisi id ei secundum se conveniat, XXIII 216 B'. Quando subjectum duplicem includit respectu prædicati conceptum, non sufficit prædicatum esse de intellectu subjecti, XXIII 373A, sed requiritur quod ratio illius sit in se vera, 373D. — Quantum ad modum significandi, plus habet de proprietate propositio in qua prædicatur essentia de persona, quam econverso, quum prædicatum se habeat loco formæ, XIX 300B. — Quæ in uno supposito uniuntur, necessario de se invicem prædicantur, si concrete accipiantur, XXIII 167C; quæ autem de se invicem prædicantur, non ponunt in numero, quamvis formaliter distinguantur, 142D.

In divinis. Quidquid in creaturis perfectionis est, de Deo prædicatur proprie per modum eminentiæ, quidquid imperfectionis, symbolice seu metaphorice, XIX 294D', unde prædicamentum in divinis non proprie sed communiter tantum invenitur, designans in Deo quidquid se habet per modum prædicamenti, 392C, D, XX 110A'. Quo speciali sensu, XIX 400C', in divinis duo sunt tantum prædicamenta, substantia et relatio, 314 A', 393D, quæ una, ex novem accidentis prædicamentis, Deo convenire potest, 393A, B, XX 204C, quia omnia aut addunt, aut minuunt, aut mutant respectu substantiæ, præter relationem, 205A'; sed dum in creaturis quidquid non prædicatur de substantia prædicatur de accidente, 271C, in divinis non ita, quia hic relatio non est accidens, *ibid.;* in divinis tamen ubi prædicamenta transeunt in substantiam, relatio quodammodo transit et quodammodo manet, 203A'. — Item in Deo duo dumtaxat ponuntur modi prædicandi, substantialiter et relative, XX 143B', seu, ut dicunt alii, tres, essentialiter, personaliter, notionaliter, sive *in quid, in quis, in quæ*, 202C', quid, designans essentiam, quis, personam, quæ, notionem, 225B. — Item, quia ex decem prædicamentis, juxta quosdam, tria tantum in se fundantur et alia in his tribus, XX 407C', 409A', in Deo tria tantum ideam propriam habent, 407C'. — Est prædicatio per identitatem, est per inhærentiam, XIX 301A', XX 364D', et utraque reperitur in Deo, 373D, prædicatio per identitatem perfectissime, prædicatio per inhærentiam ex intellectus nostri infirmitate, 373A'. — Item, de divinis personis quædam prædicantur per identitatem, quædam per denominationem, XXIII 181B, et vitandæ sunt dictiones quæ indicant confusionem vel relationum, 112C, vel proprietatum essentialium aut personalium, 180B'; nulla enim dictio personalem proprietatem designans convenit divinæ essentiæ, 181A', quidquid autem de persona prædicatur, quandoque prædicatur de essentia, quandoque non, XIX 311B, C, C', 312A. — Caute determinanda sunt quæ et quo-

turarum duplex est principium, natura et voluntas creantis, XIX 436C', ita in processionibus ad intra duplex est emanatio, altera per modum naturæ, quæ est Filii, altera per modum voluntatis, quæ est Spiritus Sancti, 436D', 441C, simul concurrentibus natura, intellectu et voluntate, 443A'. — Contra hæc Durandus asserens processiones divinas ex intrinseca fecunditate naturæ procedere, non per actus intelligendi et volendi, XIX 446A, et Filium ac Spiritum Sanctum per modum intellectus et voluntatis metaphorice tantum a Patre procedere, 446D', acriter redarguitur, 447B' et s. Nomen enim processio proprie significat motum progressivum, XIX 504 D', et inde translatum est ad significandum omnem motum ex uno in alium, 505A, quod proprie competit creaturis, 504B, et postremo emanationem qua aliquid est ab alio ut a suo principio, 505A, et sic dicitur de divinis, *ibid.* In quantum autem dicit esse ab alio, commune est Filio et Spiritui Sancto, XIX 504C, 505B'; sed prout dicit quemdam motum in amatum, 505A', B', et ob alias causas, appropriatur emanationi Spiritus Sancti, 504A', 505B, D, B', D', seu spirationi, 504D', 505D', emanatione Filii recipiente nomen generationis, 504C', 505A', C', D'.

Processio Spiritus Sancti a generatione Filii multipliciter distinguitur, XIX 493A, nec generatio ullatenus vocari potest, 438C, C', 495B', et ab omni generatione realiter differt, sive quia generatio est ab uno, processio a duobus, 493B, B', 494C', 496D, 497C', sive quia generatio fit per modum intellectus, processio per modum voluntatis, 493D', 494A', 497C', 499D, 500A, sive quia per generationem ex propria ratione communicatur natura, per processionem non, 494A, 503B, C, sive propter terminos, personas scilicet procedentes, 496C, 497A, D', 499C, vel supposita, 498A', sive quia generare et spirare distinguuntur se ipsis quum sint quædam prima et simplicia, 502C, prima distinguentia ipsas personas, 494D, 496B, et propter infinitatem divinæ naturæ, 496 A', 499B'. — Item processio dici non valet generatio, quia non procedit per modum similitudinis, XIX 495B', D', 502D'. Processio enim secundum intellectum fit secundum rationem similitudinis, XIX 495C', quia intellectus in actu est per hoc quod est in ipso similitudo rei, 495B', ideo terminus ejus dicitur Filius, 495C'; processio secundum voluntatem est secundum rationem motus, *ibid.*, quia voluntas in actu est per hoc quod inclinationem habet ad rem, 495 B', ideo terminus ejus dicitur Spiritus, 495C'. — Item alia est processio ab uno, quæ fit per intellectum, XIX 494C', alia a duobus, quæ fit per voluntatem, 494D'.

In divinis non possunt esse plures processiones quam duæ, XIX 190B' et s., 192A', 448D, D', 449C, 495A, nec plures processiones immediatæ, 191B', nec una mediata tantum, 191C', sed una immediata, et una immediata simul et mediata, 191D'; et utramque intelligere melius non valemus quam per ea quæ sunt in mente nostra, 506B. Sicut enim in actibus exterioribus est processio ad extra, sic in actibus intellectus est processio ad intra, XIX 180B, quæ est conceptio rei intellectæ, seu verbum cordis, 180C. Processio autem Sancti Spiritus minus cognoscibilis est quam processio Filii, XIX 435A, ideo philosophis non innotuit, 435B. Differt ab omni datione, missione et apparitione Sancti Spiritus, XIX 524D, 536D', et fit per modum amoris, 435B, A', et voluntatis sicut processio Filii, per modum naturæ et intellectus, 435B', et includit in se quidquid est voluntatis, sicut processio Filii quidquid est intellectus, 435C'. Sed quamvis procedat Spiritus Sanctus per modum amoris, XIX 436B', 437B', aliud est procedere ut amor, aliud procedere

D'. Citatur celeber ejus effatus in Centilogio, Sapiens dominabitur astris, XX 484D, 507B, XXI 93B, 415C, XXII 94A'. Allegantur nonnullæ ejus astronomicæ opiniones, scilicet : in Almagesti, de magno anno (*Cf.* Annus), de divisione stellarum in leves, graves et gravissimas, 59B, de possibilitate certe cognoscendi per instrumenta loca planetarum, 65A, de triplici differentia in motibus planetarum, 65D et s., de Mercurii revolutione, 67 A, 102 C, de motu cœlorum soli Deo et non intelligentiis attribuendo, 76A, de influentia solis et siderum in corporum generationem et vitam, 90B, de habitantibus ultra æquinoctialem, 151 C', et de impossibilitate locandi paradisum in æquinoctiali, 155B'; in Centilogio, de secundis stellis, XXI 415 B, C; in Tetrasco, de judicio de re quæsita, fienda vel non fienda, XX 484A', B'; et alibi, de motu stellarum in orbe cœlesti, XXII 79D', et stabilitate cœli per quod meant sidera, XXV 282C', de motibus Mercurii et lege Mercuriali, XXII 102C, et de possibilitate præsciendi finem alicujus civitatis vel regni, sed non totius terræ, per mathematicorum scientiam, XXV 256 D.

PUBERTAS. Quum in matrimonio fiat traditio corporum ad actum generationis, non nisi a puberibus contrahi matrimonium potest, XXV 155A', 156B, id est anno quatordecimo pro masculis, et duodecimo pro feminis, 80D', 155 A', quæ citius ad annos pubertatis veniunt quam viri, 155C', nisi tamen ætatem suppleat vigor naturæ et rationis, 155B', 156 A'.

PUBLICANI vectigalia seu tributa percipere nequeunt nisi auctoritate principis, XXIV 439D'. Etsi careat culpa publicanorum officium, de propinquo habet peccata annexa, ideoque pœnitentes non decet, XXIV 439B'.

PUER. *De pueris in statu innocentiæ.* Pueros membrorum usum non habere, pœna est peccati, juxta Alexandrum, XXII 205C', D', naturæ ordo, juxta alios, 206B', C', D', 207B : ideo in statu innocentiæ, manuum, pedum ac linguæ usum mox nati habuissent, 206D, ac matres sequi potuissent, etsi parvuli nati ob angustiam uteri, 206A, alioqui multo inferiores fuissent brutorum fœtibus, qui mox nati protinus currunt, juxta Alexandrum, *ibid.*, contra alios qui tenent eos ad usum membrorum paulatim profecturos fuisse, 206B', 207A, C; verumtamen credibile est quod multo celerius crevissent et profecissent quam modo, 207D. Similiter, an a nativitate fuissent cognitione intellectuali perfecti, duplex est sententia, XXII 207C', aliis affirmantibus, *ibid.*, ob vigorem institutæ naturæ, 208D', aliis negantibus, ob infirmitatem organorum, maxime cerebri, 207 D', 208 A'; ideoque in nescientia nati, 208B, generalem dumtaxat notitiam habuissent, 207D', unde faciliter ceteras acquisivissent, 208A; quamdam etiam intellectus perfectionem habuissent ad videndum agenda, 208C, et ad cognoscendum utilia et nociva, 209B, et juxta quosdam, sufficientem scientiam, vel quoad habitum vel quoad actum, 208D, ad dirigendum se in actibus justitiæ, 208B, C, et ad distinguendum honesta et præcepta, 209C. Sed si nascendo habitum habuissent cognitionis agendorum et vitandorum, XXII 257 B', habitum tamen aliarum scientiarum non habuissent, quem per inventionem tantum et doctrinam paulatim accepissent, juxta Thomam, contra alios, 257C'. — In justitia originali nati fuissent, juxta plerosque, XXII 208C, 209D, C', 213A, quæ donum est naturæ collatum, 212B', non autem in justitia gratuita, quæ fuit personalis, juxta multos, 210B, 211B, 212 D', 213A, contra alios qui tenent eam fuisse donum naturæ posteris transfusum, 211B, 212B, et multo minus in justitia confirmata, 211A', D', 212B, B', quæ personalis est, 212D', quum nec ipse Adam obediendo fuisset in gratia

Q

R

qui quum sit ultimus raritatis in materia gradus, 53 D, 397 D, videri nequit quando fit elementaris, 81 C, sicut nec videri queunt aer purus et quinta essentia, 81 B'. Penes elementa subtilitas attenditur secundum raritatem, XXII 82 A, non autem penes cœlestia, 81 D', et mixta, in quibus minus rara subtiliora esse possunt, 82 C.

RATIO multipliciter sumitur, sed maxime: primo pro actu rationis ratiocinantis, vel pro potentia quæ est ratio; secundo prout est nomen intentionis significans definitionem rei, XX 358 A; tertio prout causam significat, XXII 172 D'.

Tanquam potentia intellectiva, dupliciter sumitur, vel prout contra sensum dividitur, sicque convenit non tantum homini sed et angelis et Deo, XXI 117 C, vel prout contra intellectum purum dividitur, et sic soli homini convenit, cujus cognitio inquisitiva est, 115 B, 117 A, intellectum purum tamen imitans quia ejus inquisitio ad intelligentiam rei terminatur, 117 B. Et ita ratio, quæ non est idem ac anima, XIX 279 C', virtus est collectiva per quam homo circa facienda appetendaque regitur, XXII 281 C', 282 D, per lumen universalium principiorum ipsi cum natura insertorum, 281 C', et scientiam tam speculativam quam practicam accipit, 281 D'; et quum proprie facit currere a causa in causatum, ejus actus est deducere principia in conclusiones, 276 D', 281 B'. Quum ergo ratio hominem illuminet ad intelligendum, XIX 47, est efficax ad eum docendum, *ibid.*, inter vestigia Dei recte recensetur, 237 A' et s., et merito vocatur participatio quædam luminis increati, 211 B', sive interior oculus hominis, 211 C', et secundum quam optimum hominis est esse, 55 C, 112 C'. Sed quia veritatem inquirit per discursum, XXIII 570 B, et in umbra tantum intelligentiæ oritur, XXI 116 B, 206 D, natura hominis rationalis cum intellectuali pura nec in specie nec in genere proximo convenire dicitur, 222 D'. In homine autem, una est ratio cum intellectu potentia, XXII 277 C', 281 D', 283 A', quæ, ob diversos actus, dicitur ratio in quantum discurrit, et intellectus in quantum intuetur, 282 A, et ad intellectum comparatur ut motus ad quietem, 283 B'. Duplex est, ratio scilicet superior, quæ ad Deum extenditur per contemplationem, XXII 282 A, et rationibus æternis contemplandis et consulendis inhæret, 282 B, A', 283 A', et ex eis quod bonum vel malum est discurrit, 282 C', considerans principia revelata, juxta Durandum, 284 A', regulam æternam, juxta Scotum, 284 D', ad sapientiam pertinens, 282 B, et a sapientia perfecta, 282 D', XXIII 572 C'; et ratio inferior, quæ ad temporalia gubernanda deflectitur, XXII 282 B, et ex rationibus temporalibus quid sit utile aut honestum discernit, 282 C', 283 A', considerans principia naturaliter nota, juxta Durandum, 284 A', conclusiones regulæ æternæ, juxta Scotum, 284 D', et a scientia perfecta, 282 D', XXIII 572 C'. Inter quam rationem superiorem et inferiorem lex est conjugii, XXII 291 A, in qua superior viro comparatur et inferior mulieri, 284 C, 290 D', 292 A; sed una et altera una et eadem sunt potentia, 282 C, 283 C', 284 C, B', C', et versantur circa idem objectum, scilicet operabilia, 283 D, et ab invicem distinguuntur diversitate objectorum, juxta Albertum, 282 C, vel potius actuum, habituum, 284 A, et mediorum, 282 B', 283 A'. Item in utraque, sive inferiore sive superiore, accidere potest peccatum, XXII 286 D, 287 A', 288 B, 289 B', C', 522 C, et peccatum sive mortale sive veniale, 288 D, D', 289 A', 290 D', 291 D, (*Cf.* Peccatum), ad quod expiandum secundum rationem tam inferiorem quam superiorem pati potuit et passus est Christus, XXIII 285 A', D', 288 A et s., distinctis tamen ratione ut tali et ratione ut natura, 285 B', 288 D, A'. Item, ratio directiva est voluntatis, XXII 288 C, 513 C, XXIII 545 B, 546 C',

In divinis. Ad intra. Quum in divinis sit distinctio, et nequeat esse per absoluta, XX 204B', 211C', 213D, oportet ut sit per relationes, originis scilicet vel proprietatis, 208C', 211C, quæ solæ in Trinitate faciunt pluralitatem, 218D, 219B. In divinis relatio non est nisi realis respectus unius personæ ad aliam, fundatus in eadem divina essentia, distinguens personas ab invicem, XX 233 B'. Et sic intellecta, nihil in numero generum ita competit in divinis sicut relatio, XX 204C, 205A', 209A', et in speciebus relationum, nihil sicut relationes originis, 204C; sed notato quod ratio relationis prior sit simpliciter ratione accidentis, XX 206A, relatio, quæ tanquam genus et accidens cum aliis prædicamentis convenit, Deo non convenit, tanquam autem respectum habens non tantum ad subjectum, sed etiam ad objectum, XX 203D, 230D, A', C', differt ab aliis prædicamentis, et in divinis ponitur; verumtamen, in divinis non transit simpliciter in substantiam, sicut alia prædicamenta, sed quodammodo transit et quodammodo manet, 203A'; unde sequitur quod in rebus creatis minus habent relationes de ente, sed non in divinis, ubi realiter idem sunt cum essentia, 203B', a qua differunt ratione tantum, 358A, 362A, D, quia in divinis relatio transit in substantiam, 359C', 360A. Item, in creaturis, quævis relatio est aliquid aliud a suo subjecto, XX 117 A'; in divinis, quantum ad esse suum, est divina essentia, et ponit aliquid; quantum ad rationem suam, distinguit personas, sed nihil ponit, 117B', 204B. Item, in creaturis, relationes sunt ex exsistentiæ modis, in divinis autem exsistentiæ modi, XX 204C, non accidentales, sed connaturales, 205D'. — In Deo, duplex est genus relationum ad intra : realium, quibus distinguuntur personæ, rationalium quibus distinguuntur attributa, XIX 160D, et relationes rationales fundantur in relationibus realibus, 161 B', et ad ipsas pertinent, 161C', et relationes originis semper sunt reales, 198 B', 199B', XX 202A, 207B. In personis autem, duplex est relatio, alia ad essentiam, qua ab ea differunt ratione, alia ad invicem, qua inter se differunt re, XIX 198D', 199A, non quidem re absoluta, sed relativa, 199B, C', quod fieri nequit nisi per relationes originis, 459 A', 494B', et per relationes originis oppositas, relationibus disparatis tantum ad hoc non sufficientibus, 459B', 460D', 461B, D', 468A, B, D, 501D. In personis divinis, relationes dicuntur quasi formæ, XIX 320C, 321B', non quidem proprie, sed per quamdam similitudinem, 321A, et sunt simul et in personis et ipsæ personæ, XX 200B', 201B', 204A; et quanquam secundum rationem respectus, potius sint ad aliquid quam in aliquo, secundum esse sui respectus sunt in persona, 205B, et non proprie in essentia, 360B, sive in personis immediate, in essentia mediate tantum, 233B', 361A, in qua tamen, secundum Henricum et Thomam fundantur sicut in re, 234 A, 357 D', 362 D. Quamvis autem non sint ab essentia realiter distinctæ, sunt tamen aliquid, et ab invicem realiter distinguuntur, XX 220A, et distinguunt realiter personas, juxta Thomam, 208C, 209C, et alios, 209A', B', 218B et s., 219B, D; et distinctionem maxime manifestant, juxta Bonaventuturam, 209D', 210D, et alios, 210A', C'; distinguunt tanquam principium formale, juxta Richardum, 212C', et Cartusianum, 213A; sed melius dicendum quod realiter distinguant personas, et hoc, potius in quantum relationes quam in quantum proprietates, 212B; et ita, sunt non tantum assistentes seu extra affixæ, sed vere insistentes, 230C. Distinctione autem præhabita inter proprietatem, relationem et notionem, sive in se, XX 224A', sive in Trinitate, 224D', 225A, 226A, dicendum quod sicut divina essentia, in sua simplicitate, continet omnem

ficaretur homo, 246C', 248A, nec salvaretur triformis substantiæ divisio ab initio instituta, 254A. Nec ulla est difficultas ex parte Dei omnipotentis, XXV 244A', nec ex parte animæ, quæ totum esse hominis in se conservans, illud iterum corpori communicare potest, 244 B', 257B, nec etiam ex parte corporis, si nulla præter animam rationalem in eo ponatur forma, 244D', 257B; idcirco admirabilis non videtur nisi his qui Dei omnipotentiam non attendunt, 246D', nec tot exempla lignorum, 247A, animalium, 247B, et gemmarum quotidie ex putredine aut pulvere nascentium, 247C. Verumtamen difficilius explicatur, si præter animam forma ponatur educta e potentia materiæ, quæ simul destructa, eadem numero reparari nequit, 245B, 257B, nec eadem e potentia materiæ educi, saltem ab agente naturali, 255B, 257C.

De causa et universalitate Resurrectionis. Resurrectionis causa principalis et effectiva est Deus Trinitas, XXV 249C, 256A, Christus, in quantum resurgens, 253C, 256A, sive voce eam imperans, 249D, 254C', sive apparitione eam provocans, 249A'; nec ad eam cooperabuntur angeli, nisi quoad corporum restaurationem, 249D', non autem ad eorum cum animabus reunionem et glorificationem, 250A. — Erit ergo resurrectio universalis, quia omnes resurgent homines, XXV 248A, etiam pueri in solo originali defuncti, 248B, 254D, et unica, ut videtur, quia omnes simul resurgent, 255B, ob varias rationes, 255C, nonnulli tamen putant electos ante reprobos suscitandos, 255B; sed quum distinguatur resurrectio prima a secunda, non de his agitur, sed de resurrectione animarum per gratiam in præsenti vita, distincta a resurrectione corporum in futuro, 250A'.

De circumstantiis temporis et loci resurrectionis. Recte ad finem usque seculi differtur, quia nequeunt inferiora ad incorruptionis statum perduci nisi donec cessaverit motus cœli, XXV 250 A; quibusdam tamen ex privilegio, sive ex quadam utilitate datum est antea resurgere, 250C. Sed tempus ejus determinari nequit, nec per rationem, quia ex fine motus cœli dependet, qui naturaliter sciri nequit, 250C', 256B, nec per revelationem, quia nulli indicatum est, 250D', 256C', nec per Scripturam, 251 A, B. Pariter nos latet resurrectionis hora, XXV 251A', 259B', etsi credatur futura media nocte, 256D', vel in crepusculo, et ex tunc cessabit tempus, quia eodem instanti cessabit motus cœli et fiat resurrectio, 251B' : latet nos et locus, etsi ibi resurrectura credantur corpora ubi fuerit principalis eorum pars, 255B, ac proinde in diversis locis, 259B'. Quod angelorum fiet ministerio, non fiet in instanti, sed in imperceptibili tempore; quod autem virtute divina, proprie fiet in instanti, XXV 251D, 259 D, id est in ultimo instanti prolationis tubæ, 249C, 251A', 254C, 256B. — An ante resurrectionem omnes oporteat subire mortem, non constat, sed probabilius videtur, XXV 251C', tum quia hoc magis concordat divinæ justitiæ et verbis Scripturæ, 251D', tum, quia cessante motu cœli, necesse est inferiorum vitam cessare, 252A; imo omnes in cinerem redigentur, sive ob ignem conflagrationis qui purgabit orbem, 252B', sive quia, cessante motu cœli, mixta in sua elementa oportet resolvi, 252A'; adeo ut, sicut nonnisi per mortem ad immortalitatem pervenire potest humana natura, 252A, ita non nisi per dissolutionem ad reformationem, 252D.

De statu resurgentium. Idem numero resurrecturus est homo qui obiit, XXV 253A', C', 254A, 257A; resurget enim cum omnibus quæ ad veritatem naturæ pertinent, 266D', 288C', id est non modo cum eo quod decisum est ab Adam, 266 B', sed etiam quod de nutrimento transiit in comedentem, XXII 395D', 397B',

S

40D'. Unde sacramenta non modo sunt relationes, sed et entia realia, XXIV 103 B', C', quum consistant in rebus sensibilibus, invisibilem significantibus gratiam, 51 A, sed sacramentis Novæ Legis, ob varias causas, addita sunt verba, 51 A, B', 52 A; et sic in sacramentis sunt duo, verba et res : verba ut forma, res ut materia, 51 C, imo tria, juxta quosdam : facta, verba et res, 51 D; non tamen ex his constituitur multiplex sacramentum, quia utraque unum sunt in significando, 50D', 51 C. Quodlibet sacramentum unum est, sed alia in una actione, XXIV 592 A, alia in pluribus consistunt, prout requirit ratio significandi, 592B.

Sacramenta sunt Ecclesiæ columnæ, XXIV 31, et fluvio comparantur mundificanti, XIX 46, quia sunt fontes ad abluendam lepram generis humani, XXIV 33; item, medicamenta sunt perfecta, æque salubria et suavia, 31, XXV 26D, et remedia animæ, cui restituunt quod est necessitatis, non tamen quod est dignitatis : sic Pœnitentia innocentiam reddit, non virginitatem, XXII 426 A', Baptismus gratiam, non impassibilitatem, 426B'. Item, ad curationem instituta sunt non modo concupiscentiæ, sed et ignorantiæ, XXIV 42C', superbiæ, 43D, 45C', et acediæ, 43D, 45B', D' et sunt in remedium contra defectum, 81 D, 83A.

Ad fidei protestationem pertinent, XXIV 49A, 469C', et fidei proportionaliter correspondent, 48B', 469C', unde crescente fide, multiplicantur, 48C', 49 A. Ideo in statu innocentiæ nulla fuerunt, nec quoad curationem, nec quoad eruditionem, XXIV 47C', 49B'; in statu legis naturæ, quia fides redemptoris necessaria fuit, 48D, fuerunt etiam quædam sacramenta necessaria, ut pœnitentia et matrimonium, 48A', quædam libera, ut sacrificia, *ibid.;* in lege scripta, quo magis crevit fides, eo plura adhibita sunt sacramenta, 48B', et sic, tempore Abrahæ, instituta est circumcisio, 48C', tempore Moysis, sacrificia, 48D', in lege evangelica, sacramenta, 49 A; sed in patria nulla erunt, sicut nullæ figuræ, 49B, D'. Multis de causis convenit ea septem esse, XXIV 81 B et s.; tria enim contra peccatum ordinantur, quatuor contra impedimenta profectuum, 81 A', quatuor ad purgandos et illuminandos spectant, duo ad perficiendos, 82A, unum ad perficientes, 82B; quinque ad utilitates singulorum deserviunt, *ibid.,* 84C, duo ad bonum totius Ecclesiæ, 82 C, 84 A'; tria ad virtutes theologicas inducunt, quatuor ad cardinales, 82D, 82D; tria contra culpam ordinantur, quatuor contra sequelas culpæ, 82 A'; tria ad vitam fovendam pertinent, 84C, duo ad sanandas animi ægritudines, 84 D, duo ad propagatores et ordinatores vitæ spiritualis, 84 A'; demum septem capitalibus vitiis opponuntur, 84 B'. Nullum contra peccatum veniale directe ordinatur, XXV 83C', quia multa contra illud valent, 83D'; nullum etiam contra pœnam debitam institutum est, 83A', sed sunt quædam contra vulnera a peccato relicta, 83B'. — Quum sacramenta omnia ad profectum et pacem animæ sunt instituta, sic eis est utendum ut non noceant, XXIV 569B'.

De sacramentorum comparatione in Veteri et Nova Lege. Multiplici modo sacramenta Veteris Legis differunt a Novæ Legis sacramentis, XXV 55A, B, 56 B', 57 A', 61 A, 506A'. Sacramenta enim Veteris Legis, XXIII 601 D, signa erant prognostica, sed in Nova Lege, signa sunt memorativa, demonstrativa et prognostica, XXIV 40D', quibus Ecclesia Dei a ceteris hominum aggregationibus distinguitur, 45C, et fideles se mutuo agnoscunt, 45B. — Quonam sensu sacramenta Veteris Legis offerentes ea justificaverint, sive ex opere operato, sive ex opere operante, XXIV 64B, C', 66D, vel eis profuerint, 65D, B', vel virtutem habuerint conferendi gratiam ex Christi

sunt a Christo ipso instituta, XXIV 86B, 87A', 88D, 592D, A', 594C, D', sed non simul, 86C'; nec Christus illa uniformiter instituit, sed alia confirmando, alia initiando, alia consummando, 90A. Sacramentorum virtus ex uno est, scilicet ex passione Christi, XXIV 87D', unde de latere Christi exiisse dicuntur, 89C', 205C'; vel ex duobus, institutione divina ut causa efficiente, et passione Christi ut causa meritoria, 88B; vel ex tribus, institutione divina, passione Christi et fide Ecclesiæ, 87C'.

Quoad ordinem suum ad invicem, sacramenta rite disponuntur incipiendo a Baptismo et terminando cum Matrimonio, XXIV 90A' et s.; sed alia sunt præstantiora, ut Eucharistia, 91C, Baptismus et Ordo, 91D, et Matrimonium, 91A', alia inferiora, ut Pœnitentia et Extrema Unctio, 91D. Sub multiplici enim respectu dicitur sacramentum unum dignius altero, XXIV 185C; et sic, quoad effectum, maximum est Baptismus; quoad contentum, Eucharistia, *ibid.*, quoad dignitatem, Ordo; quoad ministrum, Confirmatio et Ordo; quoad significatum, Matrimonium, 185D; simpliciter autem dignissimum est Eucharistia, 185A', deinde Ordo, *ibid.*, Confirmatio, Baptismus, Matrimonium, Pœnitentia et Extrema Unctio, 185B'.

De Sacramentorum causalitate quoad gratiam. Sacramenta, quæ distinguenda sunt a missione visibili Spiritus Sancti, XIX 565A, C, 568B', non modo significant sed causant sanctificationem, XXIV 42A, non ut causa principalis, sed instrumentalis, 41A', quo sensu dicuntur vasa gratiæ, 53B, 57A, 59B, 61B. An autem sit in sacramentis aliqua causalitas seu virtus creata per quam gratiam causare valeant, affirmant quidam, XXIV 53D, 55C, 59D', asserentes in eis esse causalitatem creatam, tanquam accidens spirituale, 53C', quod difficultatibus non caret, juxta Bonaventuram et alios, 55A' et s., quia non videtur quæ sit illa virtus creata, 53C', 55D, nec quando detur, 54A', 55B', nec quomodo influat, 54B', 55D', maxime in Eucharistiæ sacramento, 56A; negant alii, 54B, dicentes increatam virtutem totam esse vim sacramentorum, 53D', præter quam non est in eis nisi ordinatio quædam, 54B, C, 506A', qua Deus se adstrinxit ad dandam gratiam ea debite recipientibus, 54D, 57B, 509B; quod iterum, juxta Thomam et sequaces, objectionibus patet, quia sic sacramenta non essent justificationis causa nisi accidentalis, 57D, seu instrumentalis, 61B, nec aliquid agerent ad gratiam causandam, 61A; quarum opinio prior videtur intelligibilior, 59A', sed altera verior, 61D, et sacramentorum honori magis accommodata, 59D, A; quocirca dicendum videtur quod, quum in sacramentis sint sacramentum et res, id est character seu ornatus, et res tantum, id est gratia, quoad prius, sacramenta sunt quodammodo causæ efficientes, 57A', B', saltem instrumentales, 58B, C, 506B', quoad alterum, causæ disponentes, 57B', 58B; et ideo in sacramentis virtus est aliqua spiritualis ad gratiam in animam inducendam, 58B', 509D, virtus quidem incompleta, 58C', quæ infunditur quum actu movetur a principali agente, et confertur verbo simul et elemento, 59A. — Omnia gratiam conferunt, alia ad sufficientiam, ut Baptismus, alia ad copiam ut Confirmatio; alia sunt contra peccatum, ut Baptismus et Pœnitentia; alia contra pœnam inclinantem ad culpam, ut Confirmatio, XXIV 185B, C, 193D'; et per hæc et illa datur gratia sanctificans, gratia gratis data, debilitatio fomitis et expeditio potentiarum, 53A', et est quadruplex virtus, influens, promovens, disponens, et efficaciter ordinans, 56C. Item aliqua sunt sacramenta sanctificantia tantum, aliqua sanctificantia et ad aliquid sacrum mancipantia, XXIV 52C, 175B; non oportet tamen sacramenta perfectiora in effi-

in ministro, alia in materia tantum, alia in ministro dumtaxat, XXIV 505B', C'.

Sacramentorum ministratio pertinet non ad angelos, licet ex speciali mandato hi possint ea conferre, sed ad homines, XXIV 150A', B', XXV 10C', et ad homines per aliquam spiritualem potestatem aliquo modo divinitatis participantes Christi, qui triplicem sibi in sacramentorum administratione excellentiam retinuit, XXIV 148B, C. Quænam ministris sacramentorum conferri potuerit potestas, XXIV 146A, 149C, D', quænam collata sit reapse, 146C, D, 148 B', et quomodo ad justificationem animarum cooperentur, 145D, 146D, 148 D', 149C. — In omni sacramento requiritur ministri intentio, XXIV 157D', 159 D', saltem virtualis, 160C, tum ex institutione ipsorum sacramentorum, 157B', tum ad ordinandum in unum materiam et formam, 157C', 158B', et ita quidem, ut, ipsa deficiente, non conficiatur sacramentum, juxta quosdam, 158B, 159 B, D; sufficit autem intentio sacramentum conficiendi, nec intentio requiritur conferendi gratiam, 158A', C', 159 D'; an autem requiratur attentio vel fides, disputatur, 157A', D', 159B', 160 C. — Ad unitatem sacramenti non requiritur unitas ministri, quia minister instrumentaliter tantum operatur, XXIV 592D. — Quoad sacramentorum efficaciam, nil confert bonitas ministri vel malitia, XXIV 143B, 344C, 540C; unde a malo ministro non contaminantur nec irritantur, XXV 40C, 46A. An peccet sacramentum suscipiens a malo sacerdote, XXIV 142D', 143A', XXV 19D'. — Inter sacramenta, illa ab Episcopo dispensanda sunt quæ vim habent perfectivam, XXIV 601B; nulla ex officio conveniunt laicis nec diaconis, 601A. — De sacramentorum ab hæreticis collatorum valore ambigua fuit olim quæstio, quæ ab Augustino soluta est, XXV 43D; quoad veritatem enim conferuntur, non quoad utilitatem; ideoque valent ab hæreticis collata, præter Pœnitentiam, 43A'. — Sacramenta nec vendi nec emi possunt, XXV 46A'; verumtamen, in ipsis, aliud est spirituale, scilicet gratia, quod nec de jure nec de facto vendi potest, et aliud, signo exteriori annexum, scilicet potestas spiritualis, quod nonnunquam venditur, non de jure, sed de facto, 44C.

In sacramentis, quædam non requirunt actum ejus qui sanctificatur, ut Baptismus et Confirmatio, XXIV 356B; quædam essentialiter requirunt, cum usu rationis, XXV 54C', actum recipientis, ut Pœnitentia et Matrimonium; et, in prioribus, materia est signum exterius, in alteris materia est ipse actus apparens recipientis, XXIV 356C, 428A'. Item quædam gratiam non exigunt in recipiente, ut Baptismus et Pœnitentia, et alia, quæ gratiæ conferunt eminentiam, hominem gratia confortatum requirunt, XXV 18D. — *Vide :* Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Matrimonium, Ordo, Pœnitentia, Unctio.

Sacramentalia in multis a sacramentis differunt, XXIV 184B', 591B', 592C', sed maxime in hoc quod per illa aliquid fit sanctum, non simpliciter et per se, sed improprie tantum et secundum quid 205B.

SACRIFICIUM proprie dicitur aliquid factum in Dei honorem ad eum placandum, et secundum Augustinum, verum sacrificium est omne opus quod agitur ut sancta societate Deo inhæreamus, relatum ad illum finem boni quo veraciter beati esse possumus, XXIII 348C', D', unde patet quod nec ex turpiter, nec ex illicite acquisito fieri potest sacrificium, 608A'. — Sacrificia legis naturæ ad honorem Dei instituta sunt, XXIV 75C, ad professionem fidei Redemptoris, 75A', et ad vitæ justificationem, 75C'; et divina inspiratione introducta videntur a principio, mox post lapsum, 77C, per modum consilii, non præcepti, 76A, ad devotionem potius quam ad

dum Albertum, 69B, 70A', et Henricum, 72A, contra Scotum qui tenet eam determinari ex objecto, 72A'; ex materia et fine, secundum Richardum, 70D, scilicet, ex fine formaliter, et ex objecto radicaliter, 72C; sed scientiæ dignitas semper ex objecti dignitate pensatur, XIX 38.

(3) *Divisio.* — Quia omnis scientia terminatur ad speculationem vel ad operationem, XIX 72D, scientia optime dividitur in speculativam et practicam, 69D. Practica scientia est de operabilibus per nos, XIX 67D'; speculativa præstantior est practica, 72C, quia est gratia sui, practica vero gratia usus, 68A, et finis speculativæ est veritas, finis practicæ, actio, 68C. Quælibet speculativa scientia reducitur in aliqua principia per se nota, XXI 271 A, quæ animæ monstrantur, lumine intellectus agentis, per phantasmata a sensibus accepta, 271B, idcirco docere nequit nisi ea quorum cognitio a sensibilibus eruitur, 271C. Est et scientia affectiva, complectens in se speculationem et praxim, perficiens intellectum et affectum, XIX 69C. In scientiis tam speculativis quam practicis, quæ altior est, considerat rationes universaliores, XXI 250D, et inferioribus principia subministrat, 250C'; et quanto sublimior est scientia, tanto per pauciores formas intelligit, 250C', quibus tamen perfectius cognoscit, 251B, A'; unde alia est scientia propter quid seu ordinans alios, alia scientia quia, quæ etsi amplitudine æquales esse possint, certitudine tamen et claritate valde distant, 261B, sicut subalternans et subalternata, XIX 89C, 92A'; et ita scientiæ naturales famulantur metaphysicæ, 89C, et theologiæ, 89D, a qua multipliciter differunt, 69A, 88C'. 92B.

(4) *Limites.* — Minima sunt ea quæ scimus, respectu eorum quæ ignoramus, XIX 52B; scientia enim viatorum est ignorantia respectu scientiæ comprehensorum, 35, et maxime Dei, 52B, quia quæ natura sua maxime sunt scibilia, viatoribus minus scibilia sunt, 59C'; unde scientia vel parva de substantiis separatis præstat omni cognitioni quam de inferioribus habere possumus, 84C'.

(5) *Relationes ad diversa.* — Sicut omnis scientia a Deo est, ita creaturarum scientia divinorum scientiæ subjacet, et ad eam finaliter ordinanda est, XIX 38; ideo scientia quærenda est, ut melius vivatur, sine virtutibus enim informis est et nociva, 42, 68C; quia virtus est forma scientiæ, sicut forma perfectio materiæ, 42, et ex se scientia proprie non est virtus, quum non impediat hominem male agere, XXIII 528B; improprie tamen dicitur virtus intellectualis, 528C, sed non est virtus simpliciter, nisi ei sit juncta affectio, XXII 381B. Sic scientiæ insistendum est, ut propter eam officia non negligamus, alias scientia cedit ad damnationem majorem, XIX 41, et est, ut dicit Apostolus, destruenda, 56C'; vituperandi ergo sunt qui plus scientiæ quam conscientiæ vacant, 43. Item ad scientiam acquirendam, carnales delectationes et concupiscentias contemnere decet, quia tanto magis in spiritualibus homo validus est, quanto magis a concupiscentiis liber, XIX 42. Scire nunquam est malum, sed per accidens contingit malum in addiscendo, XXIII 571B, sive ex culpa cognoscentis, sive ex parte cognoscibilis, 571C; sicut nullum scibile in quantum scibile malum est, ideo nulla lege prohibetur scientia, 637A', etsi quædam scientiæ ob « abusiones » sint vetitæ, 637B'. — De scitis proprie non est fides, XXIII 417B, nec idem ab eodem et secundum idem potest esse scitum et creditum, XIX 61A, B, 67D, XXIII 419B, 425A, 427A. An major sit certitudo scientiæ quam fidei, XXIII 441C, 442B, D'. Utrum ex articulis fidei possit aliquid demonstrative concludi quod vere sit scitum, XIX 61B', C'. — Diversa disseruntur : de fontibus unitatis scientiæ, XIX 75D', 76D, 77B', C',

fugiendum, 279 C, et quæ incipit in confinio æstimativæ et appetitus sensitivi, et sic se habet ad partem sensitivam ut voluntas ad partem intellectivam, 279 A', et tendit ad duo, ad ea scilicet quæ sensus exteriores delectant, et ad ea quæ corpori convenientia æstimantur, 279 B'. Proxime ad eam pertinent appetitiva pars, XXII 279 B', remote vires apprehensivæ sensitivæ, ut æstimativa et imaginatio simplex, 279 C'. Non unam simpliciter dicit potentiam, quia in irascibilem et concupiscibilem dividitur, XXII 279 C', vel simplicius non est nisi appetitus sensitivus, 280 A, C, 281 A, incompletus, indeterminatus et depressus, 279 D', fomite infectus, 280 C', D', et ad carnalia intentus, 280 D'; quapropter dicitur corruptionis perpetuæ, 279 D', et rationi contrarius, XXIII 310 B', C'. Cur de sensualitate non tractaverint philosophi, XXII 280 D', 292 C. Duplex est motus sensualitatis : alter, qui ex mera qualitate organi consurgit, nec rationem habet peccati, alter qui est ex apprehensione delectabilis, et potest culpa esse, XXII 220 C, et utrumque excitare potest diabolus, 220 D. Utrum motus spontaneus sensualitatis sit naturalior sensualitati vel homini quam motus deliberatus, XXII 290 C, A'. An et quomodo in sensualitate accidere possit peccatum, XXII 285 D', 286 B', 287 D, 289 B', D', 290 B'; an peccare possit sensualitas sine ratione inferiori aut sine sensualitate ratio inferior et voluntas, 289 B', D'. Quid sit sensualitatis voluntas, XXIII 310 B, 311 A', 314 B, et dubitatio, 316 C'. An oratio Christi petentis auferri a se calicem passionis fuerit oratio sensualitatis, XXIII 315 C'.

Sensus quatuor Sanctæ Scripturæ sunt quatuor fercula in refectorio animæ posita, XIX 41. An a Christo capite influatur Ecclesiæ omnis sensus, XXIII 238 C', et quomodo, 235 B, C, 236 D, 238 B.

SENTENTIA. Liber sententiarum, qui librum Damasceni quoad dispositionem imitatur, XIX 100 B, et est quasi excerptio auctoritatum utiliorum, 93 A', et congeries multarum quæstionum utilium, *ibid.*, non modica incrementa dedit sapientiæ christianæ, 36, et multos invenit commentatores, quorum commentaria quoad excellentiorem medullam in unum volumen redigere conatus est Cartusianus, *ibid.* Optime comparatur aquilæ, colubro, adolescentulæ, navi, XIX 44, fluvio, tramiti, aquæductui, horto, 45, 46. Argumentative procedit, præsertim per argumenta et auctoritates, XIX 100 A', et inquisitivo utitur modo, et merito, 89 B', ad confutandos adversarios fidei, ad fovendos infirmos, 89 C', ad delectandum perfectos, 89 D', et ex verbis sanctorum quasi conflatur, 90 D'. Quamvis quodam modo Scripturæ subalternetur, XIX 92 A', differt ab ea quoad certitudinem, 92 B', et quoad modum procedendi, 92 C'. Quomodo dividatur et quid contineat, XIX 100 A, C. De rebus et signis tractat, XIX 102 A, de rebus in tribus primis libris, de signis in quarto, 102 B; in traditione enim scientiæ, cognitio rerum præcedere debet cognitionem signorum, 102 C; et præcisius, in primo libro, de supernaturali Dei cognitione, id est de Trinitate tractat, XXI 31, in secundo, de naturali cognitione per creaturas, 31, scilicet de productione creaturarum, 32, de hominis conditione et lapsu, 33, et non sine multiplici ratione de Deo priusquam de creaturis disserit, 41 A'; in tertio autem, de Incarnatione Verbi quæstio est, XXIII 25 et redemptione hominum, 27.

SEPULTURA mortuorum inventa est propter vivos ac mortuos, XXV 336 A, et prodest tum vivis, tum defunctis, maxime quæ fit in loco sacro, 336 B; non tamen requiritur ad requiem animæ, ut putaverunt pagani, *ibid.* Cur Patriarchæ se in terra promissionis sepeliri voluerunt, XXV 336 D. Pium est opus oleum et ceras in sepulchro defunctorum accendere, XXV 336 A'. An pretio emere

T

lis, et sic non est unum de coæquævis, et non spectat ad angelos, XIX 378 D', vel pro mensura cujuscumque mutatiotionis, vel pro mensura simplicium mutationum, 379 A, et sic inter coæquæva recensetur, XXII 26 A, C, D', 27 C, C'. Quandoque enim sumitur communiter pro quacumque mensura ipsius esse exsistentis in variatione, quandoque proprie pro continuatione motus primi qua mensuramus durationis motum aliorum, XXI 124 B', 128 C. Item large sumitur pro mensura cujuscumque successionis, XXII 27 A, reipsa autem nihil aliud est nisi numerus prioris et posterioris in motu, 27 A', numerus scilicet numerans, non numeratus, XXI 139 C, quia mensura est mobilis prout est in motu, 126 B', seu rei motæ 126 D', unde habet essentialiter prius et posterius, 127 B, D', 145 B, 147 C', ante et post, 145 C, principium et finis, 127 A', et mensura est eorum quorum esse est transmutationis subjectum vel in transmutatione consistit, 127 C'. Tempus enim est continua successio, XXI 146 D, res fluens secundum substantiam et operationem, 147 D', nec mensurat nisi motum habentem partes defluentes, nec mobile nisi in quantum est in motu, 146 B'. Non tamen est motus, etsi a quibusdam dicatur esse motus primi mobilis, XXI 128 C, sed est continuatio motus, per intelligentiam aliquo modo discreta, 128 A', 137 A', passio seu proprietas motus, 124 B', 128 C, numerus motuum, 82 C', 135 A', sive primi, sive aliorum, 137 B', D', 141 C', XXII 26 C', 27 D, mensura variationis, XXI 135 C', et temporalium, 138 D, unde nullius est mensura nisi motus et eorum quorum esse est in motu, 128 B'; et quum ad esse temporis requiratur motus secundum locum aut saltem variatio, 129 C', omne quod movetur tempore corpus est, 131 D, et in tempore sunt quæcumque habent in se causam varietatis, ut mixta et elementa, 129 D'. Item quum sit mora ejus quod extensam habet substantiam, potentiam et actum, XXI 83 B, de hoc nihil accipere est nisi nunc, præteritum namque jam abiit, et futurum nondum est, 82 D'. Ex quibus sequitur quod, quum sine subjecto esse nequeat, quia non est separabile a motu, XXIV 318 A, non est nisi fluens esse, nullatenus permanens, XXI 135 B, vel ens imperfectum, non habens completam sui rationem extra animam, 130 A'; verumtamen non est totaliter in anima, quidquid dicant Albertus, 130 D, Scotus, 134 D', et alii, 126 A', 128 D, 129 B', 134 D', sed est partim in re et partim in anima, 130 A', fundamentaliter in re et completive in anima, XIX 357 A, XXI 130 B'. Secundum essentiam enim est in re mota, secundum æstimationem in anima, XXI 139 A, ideo est dispositio rei ad extra, non fictio animæ, 139 C. Esse habet ex hoc quod materia tendit ad formam, quia causatur a motu, XXI 139 B', unde inter omnia accidentia potissime tenet se cum materia, 139 D. — Tempus omnium temporalium unum est, XXI 137 A', non ab unitate mensuræ, 135 A', nec ab unitate materiæ, 135 C', nec ab unitate æternitatis, 136 A', sed ab unitate motus primi mobilis, secundum Thomam, ad cujus motum comparatur sicut accidens ad subjectum, 136 A. Item unum est non unitate subjecti in quo est primo et per se, scilicet primi mobilis, juxta Bonaventuram, nam cessante motu primi mobilis, adhuc posset esse motus, XXI 138 D', nec ratione subjecti in quo primo apparet, seu primi mobilis, 139 A, quia si essent duo prima mobilia, unum tamen esset tempus, sed ratione subjecti a quo causatur, seu materiæ in quantum mutabilis, 139 C, D. — In tempore est aliquid quasi formale, scilicet quantitas discreta, et aliquid quasi materiale, nempe duratio, XX 465 A'. Tempore continuo mensuratur motus continuus, tempore discreto motus non continuus, XXI 180 A'; ponendum enim est tempus discretum, XX 460 A', XXI

tate, quamvis infirmitas humana imaginetur instantia prioritatis et posterioritatis, nihil revera est prius et posterius, XIX 474A, 479B', dum etiam nulla sit in personis hierarchia, secundum Thomam et alios, XXI 470D, quia in eis non ordo scientiæ et actionis, 470D, nec ordo principiandi, 472D', negantibus aliis, 471B', 472A', B', quia ibi est æqualitas et pluralitas, 471B', et ordo principiandi, 472B', et etiam sacer principatus, 475D. — Aliqui in Trinitate ponunt suppositum absolutum, vel in qualibet persona, XX 232B', quod repugnat simplicitati divinæ, 232D', vel in divina essentia in se exsistente, 233A, quæ tamen cum tribus relativis non poneret in numerum, 211B', 233D, quod multiplici incurrit inconvenienti, 211C', 231A', vel ex tribus personis simul sumptis, 233D, quod etiam male sonat, 233A'. Nullum ergo suppositum absolutum in Deo videtur ponendum, sed tantum tria relativa supposita, XX 232C; quamvis autem trium personarum sit unum exsistere absolutum, tamen exsistere Patris non est Filii nec Spiritus Sancti, XXIII 50B'. — In Trinitate, personæ fruuntur se invicem, et quælibet fruitur seipsa, XIX 134A', 136A', et tota Trinitas est res qua fruendum est, quia est totius beatitudinis fons et causa, 102A', 104B, et una eademque fruitione fruuntur Beati divina essentia et personis tam propter unitatem fruibilitatis quæ est bonitas summa, 125B', D', quam propter unitatem fruibilis, quod est finis ultimus, 125D'. — *Cf.* Persona. — Etsi opera ad extra totius sint Trinitatis, unicuique personæ illa tribui solent in quibus suum relucet attributum; hinc Patri tribuuntur opera potentiæ, ut creatio, XXIII 113B', Filio opera sapientiæ, 113C', Spiritui Sancto opera bonitatis, ut Incarnatio, 111C, 113B, C', 115D', 116D. An toti Trinitati conveniat mittere aliquam personam, XIX 533A', B'. — Maxima cum cautela et reverentia loquendum est de SS. Trinitate, XIX 421B', et in ejus investigatione procedendum, 142C', circa quam vitanda sunt quæ nimiam distinctionem sonant, ut diversitas, differentia, 421C', separatio, divisio, alienus, discrepans, 421D', vel nimiam unionem, ut singularitas, unicus, solitarius, 422A, sicut recipienda sunt alietas, pluralitas, distinctio, discretio, rejicienda diversitas, multiplicitas, divisio, separatio, XX 185B, et quæcumque vel relationum confusionem indicant, XXIII 112C, 114B, vel proprietatum essentialium aut personalium, 180B', quum nulla dictio designans personalem proprietatem conveniat divinæ essentiæ, 181A'. Si vero circa SS. Trinitatem periculosissimum est pertinaciter errare, XX 227D', non autem cum pia æstimatione, 230A. Quanto est incomprehensibilior, tanto salubrius est in ipsius formali cognitione proficere, XIX 143B.

TRISTITIA, cujus quatuor sunt species, XXIII 284A, ex apprehensione mali præsentis oritur, 283A, B, et passio est animalis, non corporalis, 287C', quæ a dolore differt, 287B', et sequitur virium appetitivarum affectiones, sive sensitivarum, 280B, sive intellectualium, 280D', et residet sive in appetitu sensitivo, 283A, 287C', sive in voluntate, XXV 315B', quamvis in ratione possit esse subjective, XXIII 288A, D'; sed ut passio appetitus sensitivi, non est virtus, dum potest esse actus virtutis prout in voluntate consistit, XXIV 359A. Circa tristitias potest quis se habere modo humano, superhumano et inhumano, XXIII 544A'. Sapienti tristitia accidere potest, XXIII 282B', imo fuit et in Christo, 281D, 282D', 284A, 292B, sin autem in ratione ejus superiori, 288A, D, saltem in inferiori, 288B. Tristitia et gaudium in genere contraria sunt, XXIV 369A, nec simul esse possunt in eodem de eodem, 369B; sed non quælibet tristitia cuilibet gaudio contraria est, 369A, et simul esse possunt de contrariis et diversis, 369B,

U

XXI 232B. Unitas enim quæ est principium numeri, est in genere accidentis, quamvis a substantia recipiat ortum, XXI 208B. Unum quod est principium numeri importat rationem mensuræ, XX 180A, 188D, A', et dicitur mensura numerorum, 176B', quia in ejus unitate omnis numerus præexistit inconfuse, XIX 174A', 399A', et omnes numeri uniuntur, 174B'. Significatio primi est unitas ejus, non quia unitas ejus sit sparsa in eo, imo unitas ejus est pura, quoniam est simplex in fine simplicitatis, XIX 174A. Quid de principio; ab uno simplici non procedit immediate nisi unum, XXI 59B', 64B, 66B. In creaturis contingit duas fieri unitates et dici unum simpliciter, XX 324B', vel unum genere, 324C', vel unum spiritum, unam animam, unum corpus, 324D'. Unde sumatur unitas habitus, potentiæ, XIX 75B', scientiæ, 75D', 76D, theologiæ, 75B', D', 76C, A', 77A. — Si aliquid æque bene potest fieri per unum sicut per plura, magis unum ponendum est quam plura, XIX 186A; tanta enim est unitatis potentia, ut quæ sunt bona amplius placeant dum in unum conveniunt, XXI 95A. In unitate dumtaxat quietatur mens; unum enim est universorum principium et omnium finis, ad quem omnia reducuntur, XIX 126A, sive in cœlis, inter choros angelorum, XXV 33D, sive in natura, inter creaturas, 33B', sive in operibus Christi, in divinis legibus et in Ecclesia, 33C', quia unitas est vestigium quoddam SS. Trinitatis, XIX 237B, D, D', 239D, 241A.


In divinis. Unitas, quæ secundum rationem essendi, dicit aliquid positive, et secundum rationem intelligendi, dicit privationem, XX 173C', 174D, in Deo dicit divinam essentiam, nec aliquid aliud positivum, 173D', et nihil privative dicit, 174B, D, B'. Unitas Dei variis argumentis demonstratur, XIX 146D, A', B', 147D, 148D, B', et a philosophis ethnicis agnita est, 148A. Inter attributa quæ spectant ad essentiam Dei, unitas prior est simplicitate et infinitate, XIX 178A, veritate et bonitate, 178C, a quibus attributis distinguitur, XX 187D, non tamen per formalem distinctionem, XIX 172B', 173B, A', sed secundum rationem tantum, 159D', 160A; et licet uno simplici intuitu comprehendatur a Deo, ab intellectu creato non nisi per modum componentis et dividentis, 160B. Non ei repugnat pluralitas Personarum, XIX 179C, 185B, C, idearum, attributorum, notionum et relationum, XX 172A', 173B, quia omnia hæc ad unitatem reducuntur, 172C', sed repugnat tantum pluralitas naturarum et principiorum, 173B; imo pluralitas Personarum amplius manifestat unitatem divinæ essentiæ quam unitas Personæ aut notionis, XIX 388A, A', XX 172A', et omnium unitatum maxima est Dei unitas, 172A', excedens unitatem universalis essentiæ, quia non multiplicatur in Personis, 172B', nec ei inest compositio partium, continuitas dimensionis, accidentium varietas, 173A', sicut maxima est, quia non habet in se multitudinem, nec actu nec potentia, nec per se nec per accidens, nec per divisionem nec per aggregationem, 174C'; unde dicitur Deus magis unus quam unitas ipsa, 174D', et unitas ejus est ante omnem unitatem, 172B, 175C; et quum variis de causis dici possit unitas alia major aut minor, XXIII 157D', omnium maxima videtur esse unitas Personarum in Trinitate, et post eam unio naturarum in Christo, 158D, deindeque unitas hominis in una persona et natura, 158A'. Item unitas Dei est omnis numerus, quia in se omnium numerorum perfectionem supereminenter continet, XX 175B', sed unitas quæ dupliciter dicitur principium numeri, 173D', neutro respectu Deo competit, 174A, B'. Non aufert in divinis similitudinem sicut in creaturis unitas numero, XX 279D, 280A, B; unitas enim Dei et unitas creaturæ non dicuntur univoce, nec con-

V

de causa sicut multiplici modo dicuntur generales, 190C', 523D, XXIV 359C, principales, XXIII 523C, aut cardinales, 522D, B'. 523D, ad quatuor reductæ, 519D', 520D', 523C'. Cum intellectualibus et theologicis virtutibus nullatenus cardinales confunduntur virtutes, XXIII 523A', B', quæ et proprios situs suos habent, 521D, C'. A natura sunt radicaliter, completive et meritorie a gratia, XXIII 522B', et ab exercitatione, 524D'. Ad rectificandum et vigorandum potentias animæ, XXIII 520B', necessariæ sunt homini, 520D', quem regunt in vita sociali, 520B, et Deo similem reddunt, 520A, C', sed non quilibet actus sufficit ad earum augmentum, XX 45D'. An virtutes morales sint omnes in superiori parte animæ, vel quædam sint in parte sensitiva, XXIII 526C et s., 528A', 530 A, duplex est opinio æque probabilis, 530A', hinc, asserit Thomas cum suis, eas esse necessario in animæ potentiis, 526C', 528A, et in iis potentiis in quibus est passio aliqua et potest esse peccatum, 527B, illinc contendunt Henricus et Scotus in ratione dumtaxat aut voluntate esse virtutes, nec in parte sensitiva nisi per impressionem et refulgentiam, 526B', 528D', 529D', 530A'. — De virtutibus quæ politicæ vocantur, XXIII 541A, et quæ bonum commune respiciunt, XXV 40D', notandum tantum quod dirigunt in omnibus quæ sunt corporis vel propter corpus quæruntur, XXII 538D', et actus de se bonos habent, imo et meritorios, 538C', nisi per defectum aut excessum in his peccetur, 539 A. Virtutes politicæ in Proverbiis docentur, purgativæ in Ecclesiaste, purgati animi in Cantico et per virtutes politicas homo divinam dulcedinem non degustat, XXIII 539A', per purgatorias gustare incipit, dum per virtutes purgati animi deliciis abundat, 539B', et per heroicas fit deiformis et divinus, 546A'. — Virtutes acquisitæ, quarum realis exsistentia, contra Avicennam, affirmari debet, XXIII 531A, B, non nisi ad finem naturalem ordinantur, 531C, ideo non sufficiunt nisi adjiciantur quædam infusæ virtutes, 531C, C'; ad salutem enim non sufficiunt virtutes, quantumvis excellentes, XIX 87C', de quibus tractant philosophi, 83B', XXIV 357B', 359B'. An specifice differant infusæ ab acquisitis, affirmat Thomas, quia in eis differunt objectum, XXIII 531B', D', et finis, 531C', 532A', negant Bonaventura et Henricus, secundum quos morales virtutes, accedente caritate vel gratia, sufficienter specificarentur et ad finem supernaturalem elevarentur, 532B'. Virtutes theologicæ, quarum perfectio attenditur per accessum non ad medium sed ad extremum, XXIII 525B, XXV 355C', et quæ ita cum cardinalibus non confunduntur, XXIII 523A', hominem in finem simul, id est in vitam divinam dirigunt, XXIII 520B, C', et in his quæ sunt ad finem, 452B'. Tres sunt necessario virtutes theologicæ, XXIII 445D', 453A' et s., tribus dotibus in patria respondentes, 445C', ubi non omnes permanebunt, 525D et s., quæ idem objectum habent materialiter, sed non formaliter, 448D'. Earum objectum formale et immediatum est ipse Deus, XIX 122 B', et sub respectibus diversis ac moralium virtutum respectus illum attingunt, XXIV 357D', 358A. Quantum ad meritum, sunt omnes æquales, et omnes sunt principia merendi, XXIII 521D, sed a se multipliciter distinguuntur, 521A, et non sola relatione ad actus diversos, ut volunt aliqui, 464B, sed realiter, 464C, etsi se invicem circumincedant, 464D, ita ut alia aliam denominet, 464B. In gratia, qua informantur, quasi unum sunt, XXIII 520D', sicut in caritate, qua fiunt meritoriæ, 521A, et simul infunduntur, etsi alia aliis dicatur prior, quantum ad usum et ordinem, XXIV 361C, 363B. Ad earum infusionem nil operatur homo ut causa, XXII 341C', sed dum ad virtutes acquisitas se habent

afficitur, eo clarius eum visurus est, 511 C, nec ad eam refert major vel minor perfectio naturæ, 510 C', 511 A, quia dispositio naturalis ad beatificam visionem est tantummodo congruitatis, non necessitatis, 510D, 511D. Videndo Deum, Beati necessario vident in eo quæ per divinam essentiam repræsentantur, XXIII 251A, et prout in ipsa relucent, 251 B, C, XXV 480 C, ideo non modo quantum ad id quod sunt, XXIII 251A, sed quantum ad esse actuale, 251B, C, distinctissime et perfectissime, 251D, in qua visione est eis delectatio maxima, XXV 480 B', ob perfectam convenientiam et internam conjunctionem mentis cum Deo, 480C'. An in visione Dei principaliter consistat beatitudo, affirmant Thomas et alii, XXV 394A', 401C, et testari videntur multa Scripturæ loca, 402 B, et quædam revelationes, 402 D, ita ut eo beatior est aliquis quo Deum clarius videt, 402A'; negant vero Scotus et alii, 401 C, D', 405C; sed in visione simul et fruitione eam statuunt Petrus et alii, 398B', 401D. Ceterum fruitionem complectitur et in ea continetur, XXV 404B', C'. Quum in hac visione consistat beatitudo, quisque tantum beatitudini propinquat, quantum Deum videt, XXV 426A'; sed ad videndum Deum simpliciter unum requiritur, mens a distractionibus libera, 426B', sed ad videndum Deum perfecte, requiruntur duo : anima corpori unita, et corpus animam non aggravans, 426C', quæ omnino in præsenti vita haberi nequeunt, 426D'; ideo a viatoribus naturaliter, seu de lege communi videri nequit, XIX 221C', XX 27B', XXV 420A, A', 424A', 426D', etsi supernaturaliter quibusdam ostensa esse creditur ut Moysi et Paulo, XXII 251B, C', 253 D, XXV 420D', sed in quadam abstractione ab hac vita, 421A'. Imo ex puris naturalibus, nullus creatus intellectus ad immediatam divinæ essentiæ visionem pertingere valet, XXV 420B, 424B', 425 A, quia ad ejus unionem disponi nequit nisi per lumen gloriæ, 420C, 422C, 425 A', quod ejus naturalem virtutem transcendit, 420D. Quapropter contenderunt nonnulli philosophi et theologi Deum ne a Beatis quidem per speciem unquam videri, XXV 414C, sed tantum per quemdam fulgorem, 416A, quod est contra auctoritatem Scripturæ, 414A', et rationem, quia sic non esset Deus ultimus hominis finis nec principium, 414B'. Videbunt ergo Beati divinam essentiam per speciem, XXV 414A', non per speciem a rebus abstractam, 415C, nec per speciem in ipsis a Deo impressam, 415 A', sed per conjunctionem essentiæ divinæ intellectui eorum loco intelligibilis formæ, 416B, quæ sit in eis quod videtur et quo videtur, 416C, 417A. A plena tamen ejus comprehensione deficient, XXV 418A, quia etsi eam totam videant, non tamen totaliter, seu quantum ex se visibilis est, 418C, 422B', et alius alio clarius videbit, 418C, pro mensura luminis gloriæ ipsi impertiti, 418D. Pariter eam oculis glorificatis in se ipsa non videbunt, quum sit penitus immaterialis, sed in effectibus, quia in creaturis, etsi non ex creaturis, eam videbunt, XXV 417A'. — Visio beatifica aliquo modo dos dici potest, aliquo modo non, XXV 434B, et communiter inter dotes computatur, 435D, B', sed ut dos proprie habitus est quo intellectus Deum videt, 436D', id est habitus perfectus sapientiæ, 437C, vel actus, secundum Bonaventuram, 438C. An in visione beatifica anima passive tantummodo se habeat, XXIII 252 D. An clarius videant Deum angeli quam Beati, XXIII 250C'. — Visionis divinæ carentia, ut ex malitia propriæ voluntatis proveniens apprehensa, maxima est inter pœnas inferni, XXV 468C, B', 469C, et quacumque pœna sensus gravior, 468D, quia plus habet de ratione mali, 468C', et magis immediate affligit animam, 469C. An de visis possit esse fides, XXIII 416D'. An et quomodo possibile sit multa videri

gressio non est speciale peccatum, sed peccato specialem addit deformitatem, 167 D'. Item aliud est votum solemne seu publicum, XXV 168A, aliud simplex aut privatum, 168B. Voti solemnitas ex benedictione et consecratione voventis consistit, XXV 172B', quod fit quatuor modis, 175A; et solemne dicitur quod ei de facto accidit quod tribuit ei esse completum, XXV 168C, quod fit per sacri ordinis receptionem, aut regularis conversationis professionem, 168D, etsi fiat in occulto, 168D', non autem per susceptionem habitus religiosi, nisi professionem includat, 168B'; privatum autem sic vocatur, non quia paucis innotescit, sed quia in se nil habet unde ad aliorum cognitionem devenire debeat, 168D'. Quantum ad Deum pariter ligant solemne votum et simplex, non autem quoad usum corporis, XXV 170B'. Votum simplex continentiæ, quia non est nisi mera promissio, XXV 169D', 170D', corporis dominium non aufert, et ideo matrimonium impedit tantum, non dirimit, 101D, 139C', 140A, 141C, 165C, 170A; quapropter valide contrahit sic ligatus, sed peccat contrahendo, 170A, et peccat prima vice cognoscendo uxorem, 170D, nec valet petere debitum, sed reddere tantum, 170D, et, defuncta uxore, totaliter vovere tenetur, 170D. Votum autem solemne matrimonium contractum dirimit, non propter scandalum aut statutum Ecclesiæ, XXV 170 A', sed quia per ipsum amisit homo corporis proprietatem, 170B'. Utrum ligat fortius, votum aut matrimonium, XXV 88A', 170A. Votum, quum sit promissio facta Deo, obligat sub gravi, XXV 169A; quum autem sub toto impossibile factum est, omnino cessat, si vero ex parte, valet, 169B; insuper, si culpa voventis impossibile factum sit, per pœnitentiam is compensare tenetur, 169C. Qui igitur religionem determinatam intrare vovit, si non recipiatur, solutus est a voto; secus si vovit indeterminate, XXV 169A'; an autem teneatur ingredi statim, disputatur, 169C'. Voti obligatio de lege est naturæ, XXV 171B', 174A', sed cessare potest ex se, vel per superioris dispensationem, 171B', aut commutationem, 173B, et communiter cessat in quatuor casibus, 174A. In votis fieri potest dispensatio, non modo per modum declarationis juris, XXV 171C, 174A', sed etiam relaxationis juris, 171 D, si adsit legitima causa, 171A'; non omnia ergo solubilia sunt, nec omnia indissolubilia, 171B, C. An in solemni voto continentiæ fieri possit dispensatio negant quidam, XXV 171C', D', 172A', 174B, affirmant alii, saltem ob bonum commune, 172B, 174C, C', 175C, non autem ob merum corporalis mortis periculum, 172C. An vota religionis dispensationem accipiant, XXV 172A', 174D', vel in religiosis ad prælaturam assumptis tollantur, 172D, et religioso resuscitato reviviscant, 175D'. Votum ingrediendi religionem voventem personaliter obligat, nec per alium impleri potest, XXV 173D; sed ob bonum commune dispensationem accipere potest, 172B, quæ Papæ reservatur, 173A. Votum peregrinationis in Terram Sanctam pariter personaliter obligat voventem, XXV 173 D, ejusque dispensatio ad Papam pertinet, 173A, sed per ingressionem in religionem solvitur, 173B', C'. Dispensandi potestatis plenitudo in Papa residet, XXV 172D', in cæteris prælatis nonnisi juxta concessionis modum, ideo in votis perpetuis solus dispensare solet Papa, in plerisque votis temporalibus episcopus vel prælatus, 173A. Quid inter commutationem et dispensationem, XXV 173B. Communiter nequit vovens vota sua propria auctoritate commutare, XXV 173A'; qui duo vota fecit, ad utrumque tenetur si sunt compossibilia, 173B', secus tenetur ad majus, 173C'; sed quia votum religionis omnia vota temporalia includit, 173A', in illud omnia, etiam absque superioris licentia commutari



Ex typis Cartusiæ Sancti Hugonis Parkmonasteriensis.